





D. D.  
DISSERTATIO ACADEMICA,  
DE

LINGUA  
CODICIS  
ARGENTEL,

QUAM  
CONSENTIENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS. IN  
ILLUSTRI REG. ACADEMIA UPSALIENSI,  
PRÆSIDE

*VIRO AMPLISSIMO ET CELEBERRIMO,*

DN. MAG. JOHANNES  
I H R E,

ELOQUENT. ET POLIT. PROFESS. REG. ET SKYTT.  
S. R. S. M.

PUBLICÆ CENSURÆ MODESTE SUBMITTIT.  
S:Æ R:Æ M. ALUMNUS

NATHANAËL THENSTEDT,

*DALEKARLUS.*

IN AUDIT. CAROL. MAJ. DIE XXI DECEMB.  
ANNI MDCCLIV.

*H. A. M. S.*

---

UPSALIÆ, Exc. L. M. HÖJER, Reg. Acad. Typogr.

*Hög - och Wälårewördige,*  
**Herr Doct. JOHAN LIND,**  
Högtförtjent KYRKOHERDE i St. Tuna,

Samt PROSTAR öfwer  
**Herr Mag. PEHR WOLLENIUS,**  
Högtförtjent KYRKOHERDE i Mora, samt PROST  
öfwer tillydande Contract.

**Herr Mag. JOHAN GEZELIUS,**  
Högtberömlig KYRKOHERDE i Orsa.

**Herr ERIC KÖRSNER,**  
Högtberömlig KYRKOHERDE i Torsång.

**T**illåten. Höggunstige. Och. Högtbenägne. Gynnare:  
Sitt. Eлдade. Nit Fast. En. Beklagelig. Brift.  
Widare. Komma. Waren. Doch. Nögde. Med.  
Årestod. Som. Undgår. Förändring. Af En. Tärande.  
märke. Af. Eder. Ertedda. Godhet. Bönerop. Till.  
nelse. Närskyldas Wälgång. Skola, Hos. Mig. Alldrig.

**E D**

*ödmjukaste*  
**NATHANAEL**

*Höglärde och Årewördige HERRAR,*

**Herr Doct. JOHAN NORDMAN,**

Högtförtjent KYRCKOHERDE i Lekfand,

dertill lydande contracter,

**Herr Mag. PEHR ECKMAN,**

Högtförtjent PROST och KYRCKOHERDE  
i St. Skedvi.

**Herr MATTHIAS BJÖRKDAL,**

Högtberömlig KYRCKOHERDE i Skurtunge, Upl.

**Herr JOHAN FUNCK,**

Mycket berömlig COMMUNISTER i Lekfand.

Ett. Hjerta. Som. Lägar. Af. Ren. Wördnad. Wiffa.  
På. Förmåga. Swiker. Dets. Billiga. Önskan. Att.  
Dets. Åstundan. Låten. Erkänsla. Få. Upprefa. En.  
Tid. Och. Tackfult. Sinne. Blifwa. Ewigt. Minnes-  
Den. Allrådande. För. Beständig. Wål. Rik. Wällfig-  
Upphöra. Som. Ståde. Framhårdar. Att. Wara.

**E R**

*tjenare,*  
-THENSTEDT.

FENDRIKEN

Adel och Wålbördig

Herr **M A T T H I A S**  
**T H E N S T E D T,**

Min kåraste FADER.

*Krono-BEFALLNINGSMAN*

Öfwer Ofwan Siljans Fögderi,

*Högaktad*

Herr **A N D E R S**  
**L I N B O R G,**

Min Gunstige GYNNARE.

**I**ntet tillfälle har för mig varit önskeligare, än detta känsla och brinnande kärlek. Wid intet har jag ju mera våra tankar hafwa att swåfwa omkring, dra mitt tillkommande öde, att afhålla hotande storm i så djup förbindelse, att blotta åtankan derå alldeles jér min swaghet, ock intet mera försöker, än en tyft högaktnings wedermåle. Emottagen dem såsom wanliga ömhet för mig beständigt fortfara. Himla och nöjsam lefnad, och befrede EDER och EDRA önskar till sitt sista

**E D**

*Lydige Son och*  
**NATHANAËL.**

GOMMINISTERN wid Mora Församling,  
*Årewordig och Högwällärde,*

Herr J O H A N  
MOLIZ,

Min Gunstige GYNNARE.

HOFMÅSTAREN,

*Högwälaktad*

Herr L O R E N T Z  
THENSTEDT,

Min kåraste FARBRÖDER.

närwarande; att kunna ådagalägga min innerliga er-  
ock tyckt mig fattigare på tjenliga ord. Ej under,  
dets snarare förlora de sig. EDAR ömhät, att befor-  
mer, ock uppehålla ett wacklande mod, försätta mig  
gör mig håpen. Förlåten då gemensamt, att jag föl-  
wördnad. Ansen likawäl dessa rader för ett ringa  
frukter af de trön J sjelfwe plantat. Och låten EDER  
HERren signe EDER deremot med blomstrande år,  
Anhöriga ifrån det, som EDER sinnes ro qwälja kan,

E R

Edmjuke Tjenare,  
THENSTEDT.

## THESES

1. **L**ingua Hebræa sine dubio fuit lingua primæva, & mater omnium aliarum.
2. Lingue Ostrogothicæ reliquiæ haud parum adferunt lucis vernacule nostræ & cognatis.
3. Runæ non debent originem suam neque Foniceis, neque Latinis literis, uti dici solent, uncialibus.
4. Fallunt & falluntur, qui existimant hodiernam prononciationem unicum esse fundamentum rite scribendi.
5. Male hodie sequimur Latinorum modum dividendi syllabas.
6. Runarum exacta cognitio multum lucis affert Orthographiæ Lingue patriæ.
7. Haud parum emolumenti affert nobis lingua Dalekarlica; circa obortas controversias, imprimis Orthographicas.
8. Non dubitamus statuere, hodiernum genus scripturæ, adhuc abundare literis superfluis.





D. D.

§. I.



uum eo jam perventum esset, ut propediem publicam lucem foret visura altera pars *Ulphilæ illustrati*, in animum quidem induxeram, præmium quoddam de lingua *Codicis Argentei* eidem dissertationi præfigere; verum enim vero, quum modum Academici speciminis hunc laborem dudum transgressum esse, animadverterem, committere nolui, ut operoso prologo insuper oneraretur. Separata itaque opera in præsentia iis mei instituti rationem ero rediturus, qui vitio mihi forte veterint, quod qui jam toties *Ulphilam* nominavi & *Linguam Mœsogothicam*, satis non indicavi, ambigi adhuc dum, quid linguæ sit, quo conscriptus est *Argenteus codex*, quemque auctorem agnoscat, *Ulphilamne* an, nescio, quem scriptorem *Francicum*. Sub examen itaque quam fieri poterit brevissimum, totam hanc controversiam vocabo.

A

§. II.

## §. II.

Postquam e Werdinensis cœnobii latebris, & Pragenſis urbis excidio in lucem atque ſub eruditorum oculos primum pervenit codex ille membranaceus, qui a characterum colore, argenteus dici conſuevit, communi veluti eruditorum calculo, ULPHILÆ ſtatim adjudicatus eſt. ANTONIUS MORILLONIUS, \*) qui omnium primus aliquam hujus codicis mentionem fecit, in Schediaſmate, quod poſtea publici juris fecit BONAVENTURA VULCANIUS, ſermonem Gothicum agnovit. Vir harum literarum peritiſſimus FRANC. JUNIUS, qui eundem erudita opera illuſtravit, quemadmodum, etiam THOMAS MARESCHALLUS, qui auctore ſuo digniſſimas Symbolas Juniano labori addidit, ULPHILÆ ſe verſionem terere arbitrati ſunt, eamque Gothica ſive Mœſogothica lingua conſcriptam. Taceo diverſarum nationum eruditos alios, qui eadem docuerunt, quosque ſi innumeros eſſe dixerō, nihil a veritate alienum narravero. Sed uti numero depugnare, animus non eſt, ita breviter dicam, quid in hanc opinionem eos induxerit.

## §. III.

---

\*) Creditur ille conſcripiſſe diſſertationem de lingua & literis Gothorum: v. USSERII Epiſt: ad FRANCISCUM JUNIUM præmiſſa Gloſario hujus Ulpilæ.

Sed ita tamen, ut dubius hæreat ipſe VULCANIUS MORILLONIUMne an Schoonhovium auctorem agnoſcat, Qui verocunque auctor fuerit hujus tractatus, haud ſane abſque injuria illi imputari poteſt, quod habet LaCROZE in Epiſtola ad CHAMBERLAINIUM, nihil aliud velle eum, dum Gothicas libras nominat, quam antiquas & ab hodierna forma recedentes: uti Gallis id loquendi genus, haud infrequens eſt. Avertit veto hanc ſuſpicionem auctor ipſe in ipſo ſtatim opellæ limine. Dum vero hoc Schediaſma nomino, tacere non poſſum, quin obſervem, auctorem jam animadvertiſſe, vulgari modo Codicem arg. non eſſe exaratum. ita vero ille p. 16. *Litera qua argenteus Codex piſtus magis eſt, quam Scripius.*

## §. III.

Scilicet apud veteres tam Ecclesiasticæ, quam civilis Historiæ Scriptores sedulo annotari, & tanquam singularis & pietatis & laboris opus laudibus ferri, videmus, quod ULPHILAS Gothorum in Mœsia habitantium Episcopus in Gentis hujus linguam vernaculam Sacræ Scripturæ libros converterit. Commemorant id SOCRA- TES, SOZOMENUS, NICEPHORUS CALLISTUS, Martyrii Nicetæ Scriptor apud SIMEONEM METAPHRA- STEN, PHILOSTORGIUS, ISIDORUS HISPALENSIS, JORNANDES, auctor Historiæ Miscellæ, aliique sequen- tis ævi Scriptores. Præter hanc versionem, quæ haud videamus commemorari Gothicam aut Theotiscam me- taphrasin aliam, probabile eruditis visum, illas, quas ha- bemus, Codicis argentei reliquias, Ulphilani laboris mo- numenta esse, idque eo magis quæ insignis, quæ inter idioma ejus linguasque ceteras Scythicæ originis, Ale- manicam, Francicam, Anglo Saxonicam, Islandicam Sueogothicam ceterasque convenientia est, opinionem hanc, haud parum videatur confirmare.

## §. IV.

Hoc licet ita sit, fuere tamen nonnulli erudito- rum, qui in alia abierint, & Francicæ nationis hominem fuisse auctorem hujus versionis, in animum induxerint. GEORGIUS HICKESIUS vir in prisca literatura Ale- manica & Anglo Saxonica versatissimus non sibi lique- re professus est. MATHURINUS vero VEYSIERE LA- CROZE, vir eruditissimus & Bibliothecæ Regiæ Berolinensis præfectus celeberrimus, orbem eruditum antiquo erro- re liberaturus, peculiari dissertatione, quam in modum Epistolæ JOH. CHAMBERLAYNII orationi dominicæ πολυγλώττη præfixit, quæque deinde Thesauro Epistolico Lacroziano inserta est, hoc argumentum pertracta- vit, idque eo successu, ut in suas partes non modo li-

teratiffimum THEOPHILUM SIGEFRIDUM BAIJERUM, ut idem Thesaurus fidem facit, sed etiam quam plurimos Germaniæ eruditos pertraxerit, lætantes patrio eorum solo pretiosum hoc antiquitatis monumentum ita adjudicatum iri.

## §. V.

Ego vero quum primum LA CROZII argumenta expendere cœpi, mihi certe temperare non potui, quin mirarer, quam facile fieri possit, ut in luce caligemus, & rationes quantumcunque debiles pro classicis habeamus, ubi vel inventionis gloria nobis blanditur, vel auræ servire lubet. Sed neutrum forte spectabili huic feni imputari debet, a me omnium minime, qui hanc a me ipso suspensionem lubenter averterim, quam nuper incurrisse apud non neminem univèrsum nomen Suiogothicum deprehendo, qui, nos ideo Gothice scripsisse Ulphilam contendere, ait, ut nostræ quid lucremur patriæ: Amoliri a me hanc accusationem jam semel iterumque volui, utpote qui liquido professus sum, Gothica quidem esse hæc Ulphilæ, sed non Suiogothica, & ita Gothica, ut ad Francos, Batavos, Anglos, pane æquo jure pertineant, atque ad Suecos Islandosque. Et si imbecillis ingenii merito habetur, in fraudem veritatis amori suo in patriam quidquam dare, altera illa nec forte minor imbecillitas fuerit, immerita probra in univèrsam gentem conjicere.

Sed ut e diverticulo in viam redeam, qua fieri poterit brevitate, Lacroziana argumenta bona fide recensabo, quid singulis inesse roboris credam, candide indicaturus.

## §. VI.

Prima illius ratio hæc est, quod in illa orbis parte, quæ Franciæ olim ditionis fuit, Codex Argenteus inventus sit. Sed in hoc argumento refutando multi non  
eri-

erimus : Nos Suecos merito certe riderent exteri, si Suiogothicam linguam codicis hujus esse, exinde concluderemus, quod Upsaliæ jam servatur. Quis nescit instabiles librorum sedes? Valeret hoc argumentum si de colossico signo aut equestri statua sermo esset, de modico libro non item.

Altera ratio est, quod nonnulli literarum Ulphilanarum ductus ad veterem scribendi rationem Francorum, quam exhibent BOTEROVIUS & post eum MABILLONIUS, prope accedant. Sed elidi nervos hujus argumenti, facile animadvertit, qui cogitaverit, me nec statuere Seculo IV.to, nec trans Danubium membranas hæc exaratas fuisse, sed ceteriori tempore rerum summam in Italia tenentibus Ostrogothis. An mirum igitur, gentem cognatam & vicinam, literas, quousque communes fuere, parili figura pinxisse?

Tertium, quod affert, argumentum, suppeditant eadem hæc literæ Latinae, quæ Gothicis immixtæ sunt. Quærit vero, ULPHILAS, qui inter Græcos degit, & cui nullum fuisse videtur in Mœsia, quam tunc incolebant Gothi, cum Latinis commercium, unde latinas has literas acceperit? Non satis mirari possum, excidere hæc potuisse viro eruditissimo, qui tamen ignorare non potuit, utramque Mœsiam, superiorem & inferiorem jam diu Romanam fuisse provinciam, a Magistratibus Romanis gubernatam, & Latio vario & amicitia & hostilitatis documento cognitissimam. Plena manu afferre possem testimonia Historicorum, Inscriptionum, numismatum; sed piget in re testatissima oleum meum operaque perdere.

Quartum vero &, quod palmarium ipse habet, argumentum desumitur a loco GREGORII TURONENSIS, qui commemorat, CHILPERICUM temerario novaturienti studio literis Francicis quatuor novas addidisse. Ha-  
rum

rum autem tres, quum in Alphabeto Codicis Aurei sibi invenire visus sit, LA CROZIIUS, conjicit, regnante CHILPERICO, Francorum Rege, qui anno Christi 587 esse desit, membranas hasce scriptas fuisse: quum probabile non sit, diuturnius ævum habuisse literas hasce vitio creatas. Sed ne quid valoris sui verba Lacroziana amittant, Ipsismet loquentem audiamus: Induxerat, inquit, CHILPERICUS, referente GREGORIO TURONENSI, novas literas in Alphabetum, quod ego de lingua Francica semper intelligendum duxi. Quam pervicax enim & inepta fuisset illa barbaries, si in linguam Romanorum jam fere mortuam princeps peregrinus & semibarbarus novas literas inferre decrevisset, eo conatu, qui in CLAUDIO imperatore, homine Romano & erudito, vigente tum & florente lingua Latina contemptu & ludibrio exceptus erat? Præterea qui CHILPERICUS literas suas Hispanis, Italis, Afris, & aliis gentibus obtrusisset, quæ tunc latina literatura utebantur? Equidem scio, hunc conatum vanitatis nomine exagitatam fuisse: at stulto quantumlibet consilio CHILPERICUS usus sit; sunt tamen stultitiæ sui fines, intra quos consistit, nisi in amentiam & animi impotentiam abeat: nec potuisset id a Rege Francorum tentari, quod nulla ratione perficiendum vel puer ex aula docuisset, ne GREGORIUM ipsum dicam, qui libere satis, si quæ ipsi fides, Chilperici errores arguere solebat. Hoc itaque novarum literarum commentum Francicas literas spectare tantisper censeo, dum certiora doceantur; interim sententiam meam haud ita improbabilem esse, sequentia forte clarius ostendent. Ipsa GREGORII TURONENSIS verba hic describere opportunum erit: *addidit autem (CHILPERICUS) & literas literis nostris, id est ω, sicut Græci habent, æ, the, uui, quarum characteres subscripsimus. Hi sunt, ω, ψ, ζ, Δ. Et misit episto-*

"epistolae in universas civitates regni sui, ut sic pueri  
 "docerentur, ac libri antiquitus scripti planati punice  
 "rescribentur. Ita quidem has literas descriptas exhibet  
 "RUINARTUS in elegantissima GREGORII TURO-  
 "NENSIS editione, qui deinde alias harum literarum  
 "formas ex Aimonio profert in §. II. appendicis novæ  
 "libri sexti de re diplomat. novæ edition. ita, tamen,  
 "ut hanc GREGORII lectionem esse & vetustissimam  
 "arbitretur. Hæ autem literæ in codice argenteo occur-  
 "runt, uno  $\omega$  excepto, cujus formam nusquam ibidem  
 "observavi. Jam vero  $\psi$  pro *ae* diphtongo adhibitum  
 "fuisse vix credibile est: transpositis ergo elementis *the*  
 "primo loco legendum puto, quæ litera in codice ar-  
 "genteo pro *theta* Græco usurpatur: Z vero idem codex  
 "frequentat, pro qua litera *Ze* in primis GREGORII  
 "codicibus scriptum fuisse arbitror, secundum ordinem &  
 "loco temere motum. Superest nonnihil difficultatis in  
 "litera  $\Delta$ , quam his elementis *uui* GREGORII editio ex-  
 "primit. Literam sane, quæ vim habeat hujus soni sig-  
 "nificandi, argenteus Codex habet, quam initio secun-  
 "dæ petitionis orationis dominicæ invenies, etsi eam  
 "per literam *Q* perperam, ni fallor, in lectione expres-  
 "sam video, At olim *wimai* lectum fuisse videtur, cras-  
 "so quidem & aspirato sono, qui sensim in lingua Ger-  
 "manica in *Q* vel *K* immutatus sit, & in lingua Gallica  
 "in literam *G*, ut nomen illud Wilhelmus ostendit, quod  
 "Galli modo omnes *Guilhelmum* pronunciant. Atqui cum  
 "ea litera non nihil ad *D* Latinum in illius ævi manu-  
 "scriptis accedat, facillime ab amanuensi imperito in  $\Delta$   
 "Græcum mutari potuit. Hactenus *Lacrozius*. Ego ve-  
 "ro dum severiori lance hanc argumentationem expendo,  
 "plane nihil invenio, quod a receptiore sententia me di-  
 "movere possit. Ut autem toti huic rei aliquid lucis fœ-  
 "nerer, ad sequentia momenta B. L. animum attendere ju-  
 "beo.

## §. VII.

1:0 Negari nequit, satis pro imperio verba GREGORII refingi. Quatuor heic adfunt literæ, quarum duæ loco suo moventur, tertia  $\Sigma$  transmutatur in Z, quarta ex triquetra femicircularis fit, & sonum, quem in codice revera habuit, (id quod harmonia Linguarum cognatarum aliæque rationes abunde probant, cfr. JUNII Alphabetum Gothicum præmissum Glossario ejus Ulphilano p. II.) amittit.

## §. VIII.

2:do Imperitum dicere ausim, quod LACROZE Alphabetum, sive Francicum sive Latinum, litera Z tanquam nova a CHILPERICO adaugeri potuisse credat. Nam quicquid criminentur Historici, adeo domi talpa esse non potuit Rex ille, ut ignoraret, in Francico idiomate nullam esse literam, quæ in ore & calamo civium ejus frequentior fuerit, quam illa, de qua loquimur, Z. Rem me literaturæ Theotiscæ gnaris notissimam loqui arbitror, sed si quis testem adhibendum velit, dabo locupletem, virum de quo Musæ Germanicæ merito glorientur, literatissimum WACHTERUM, qui in prolegomenis Glossarii Germ. Sect. III. hæc notatu digna habet: "Z Anglosaxones non utuntur nisi in vocibus externis, quales sunt Zacharias & Elizabeth; Gothi vero, Franci & Alamanni in domesticis; illi parcius, hi intemperantius. Ubi tamen observandum, quod Gothi hoc elemento nunquam utantur in iisdem vocibus ut Franci & Alamanni, sed plerumque in aliis, & a Francico & Alamannico idiomate alienis: quales sunt *izwis* vos, *bazjan* laudare, *marzjan* scandalizare, *vazu* domus, *buzd* thesaurus &c. Et quod Franci & Alamanni Gothorum & Saxonum T continuo convertant in Z, id quod cuiusvis vel librum aperiendi manifestum esse potest. Hæc UNA LITERA, SI NULLA PRÆTEREA ARGUMENTA SUPERESSENT



SENT (SUPERSUNT AUTEM QUAM PLURIMA), SATIS  
 "OSTENDERET, CONJECTURAM EORUM, QUI INTER-  
 "PRETEM CODICIS ARGENTEI HOMINEM FRANCICUM  
 "FUISSE VOLUNT, MINIME OPINABILEM ESSE. \*)

3:0 Quantumcunque deinde largi simus, restare non  
 possunt nisi duæ literarum novitiarum: jam autem lubens  
 scire velim, hocne argumentum auctori remittere pos-  
 sim, atque adeo quærere, si regnante CHILPERICO  
 hic codex scriptus esset, cur duarum literarum exclu-  
 dendarum licentiam sibi permiserit Scriptor Codicis Arg.

## §. IX.

4:0 Sed hisce omnibus tanto magis superfedere po-  
 tuissim, quanto mihi certius est, non de Francicis,  
 sed de Latinis literis a GREGORIO verba fieri, &  
 has adeo esse, quas locupletare voluit CHILPERICUS.  
 Notatur enim ab historico nostro, mandatum hoc uni-  
 versis regni Francici civitatibus datum fuisse; ast illa-  
 rum omnes Theotisco sermone non utebantur; sed erant  
 adhuc, qui Latini sermonis sæculas retinerent, erant  
 qui Celtice loquerentur. Quod insuper vel inde eviden-  
 tissime mihi probari videtur; quod institutum hocce ad  
 ejusmodi linguam spectet, in qua *librorum antiquitas*  
*scriptorum copia* fuerit. Francorum vero res literaria  
 quo in statu hoc tempore fuerit, locus ille OTFRIDI,  
 quem allegat LACROZIUS, nimium evidenter compro-  
 bat. *Lingua hæc, inquit, veluti agrestis habetur, dum*  
*a propriis nec scriptura nec arte aliqua ullis est tempori-*  
*bus expolita.* Conatur quidem hunc ictum eludere LA-  
 CROZIUS, arbitratus GREGORIUM, tantum figgifi-  
 care, a propriis excultam non fuisse L. Francicam, sed

B

id

---

\*) Addo testimonium OTFRIDI, scriptoris Francicij in dedic.  
 ad LUITBERTUM p. II, Edit. Schilt. K & Z sæpius lingua Fran-  
 cica extra usum Latinitatis utitur, &c.

id non impedire, quo minus exteri eadem scribere poterint. Sed quid quaeso esset, quod peregrinos permoveret, ut Francice discerent, Immo etiam libros hac L. conficerent? & si hoc esset, sique peregrinos cultores allicere posset, non certe agrestis haberetur. Verum enimvero si OTFRIDI verba effugiis locum relinquere possint, longe omnium evidentissimum arbitror illud testimonium, quod dicere videmus scriptorem Theotiscum, qui sub LUDOVICO Pio imperatore (Germanicum alii credunt) praefationem scripsit in translationem metricam Vet. atque Novi Testamenti Saxoniam. Inserta legitur haec praefatio Collectioni Scriptorum Franc. DU CHESNII, repetita in nuperæ Collectionis Paris. Tom. VI. p. 256. inter alia vero haec habet notatu sane dignissima. Cum divinatorum librorum solummodo literati atque eruditi prius notitiam haberent, ejus (LUDOVICI) studio atque imperii tempore, sed Dei omnipotentia atque inchoantia mirabiliter actum est nuper, ut cunctus populus suae ditioni subditus, Theotisca loquens lingua ejusdem divinae lectionis nihilo minus notionem acceperit. Praecepit namque cuidam uno de Gente Saxonum, ut Vetus ac Novum Testamentum in Germanicam L. poetice transferre studeret &c. Discimus hinc certe, in Theotiscum sermonem nunquam antea translata fuisse S. oracula, quod salva veritate dici non posset, si quarto jam seculo, aut etiam prius, si HICKESIUM audimus, in Francicum idioma per Cod. Arg. conversa fuissent divina oracula. Quum proinde, ut id hoc loco moneam, omnes antiqui Scriptores Gothicam metaphrasin laudent, Germanicam vero non taceant solum, sed & expresse factam negent, nescio, qui in mentem eruditis venire possit, ut veritati adeo evidenti signa sua obvertant.

## S. X.

Fuere adeo scripta Latinæ linguæ, quæ hanc mutationem subierunt, sed qualis illa censenda sit, aut in quo consisterit, dictu difficile esse, fateor. Sed quum tamen rei diplomaticæ illustrandæ hic locus inserviat, aliquam illi lucem affundere conabor. Id autem omnium primo mihi haud gravate concedi, arbitratus fuero, in tanto Latinam explicationem inter & quatuor Græcarum literarum valorem diffidio, perexiguam harum rationem esse habendam. Notum est illud mediæ ævi: *Græca sunt, non leguntur.* GREGORII proinde Scriptum, postquam per aliquot secula indoctis Scribarum manibus deformatum fuerat, mirum non est, si Græcæ literæ nihil sinceri retinuerint: Sola vero Latina interpretatio si nobis pro cynosura fuerit, inveniemus statim, ubi pedem figamus: Ex indiciolo nempe GREGORII civitate donare voluit CHILPERICUS literas e Græcia mutuatas, quæ o longum sonarent, æ, the & uui, quibus, nisi fallor, nil aliud significandum habuit, quam omissis aut forte ignoratis Græcis nominibus, OMEGA, ÆTA, THETA & PHI, quarum priores duæ vocales longæ vel compositæ eadem quidem figura, florente quoque Latio, pingebantur ac simplices brevesve, sed diversissimi tamen soni fuere. Posterioribus duabus consonis etiam caruit Latium, idque ita ut per ambages illas significare, habuerit necessum, ut notum cuivis est, Θ & φ per t & p cum addita aspiratione exprimens. Non itaque adeo ineptus fuit CHILPERICUS, qui hæc comminiscatur, licet eventu frustratus fuerit, & ad id imperium extenderit, quod omnium difficillime leges accipit. Non est, quod moneam, phi per uui efferri, quo lapsu nullus Germanicæ nationis homini facilius esse poterat, \*)

B 1

Vide-

\*) In MABILLONII Museo Ital. p. 141. inscriptio æt Latina Sc:

Videant jam, qui tantopere contendunt, Codicem argenteum Francica L. conscriptum esse, quibus armis adversus nos pugnent. Ego quidem is non sum, qui cuiquam praefracte oblectari velim, sed dandam mihi veniam jure postulavero, si antequam a sententia tot eruditorum calculis confirmata recessero, certiores rationes postulavero. Interea quum jam in hac arena simus, relictis aliorum conjecturis, tanquam de integro rem cognitioni nostrae subjiciamus, visuri, aliquidne ex ipso linguae genio, quod ad rei declarationem faciat, indagare liceat. Illustrandae huic controversiae sequentia momenta aliquam forte faculam praetulerint.

§. XI.

5. Quo sollicitius Codicem argenteum cum monumentis Francicis, quae in Schilteriano opere inventuntur, contendo, eo evidentius inter ambas has linguas discrimen invenio. Magnum mihi mare navigandum foret, si huic tractationi cymbulam meam immitterem. Sed loquor non inobservata aliis. Celeberrimum WACHTERUM, qui peculiare Schediasma de lingua codicis Argentei edidit, nunc iterum testem appello, & illo antiquiorem GEORG. CASP. KIRCKMAJERUM in diss. Wittebergæ habita de Lingua Scytho Celtica & Gothica p. 47. qui ambo a verbis auxiliaribus Francis familiarissimis, Codici vero Argent. peregrinis idem demonstraverunt. Ego quoque uti Ulphilam non semel nec incuriosa manu voluravi, nec minus studiose Francicos Scriptores consului, ita invenisse mihi videor, duas has linguas, etiamsi facile appareat matre eadem ambas esse prognatas, majori tamen differentia quam ulla cognatarum inter se distingui. Sumamus exempli loco prima Glossarii Ulphilani verba, & cum Francicis contendamus.

*Abin.*

quoris ævi, ubi præter  $\sigma$  videmus quoque  $\theta$  &  $\phi$  in Theophila: ut adeo illa formata videri possit secundum præcepta CHILPERICI, non

*Abin.* cas. obl. maritum notat. Vox hæc quantum mihi constat Francis penitus peregrina est. Utuntur e-  
jus loco *gommdn* &c.

*Abraba* valde. Vox Francice ignorata, nisi illud *bora* Otsridi huc referre volueris. At certe termina-  
tio illa adverbiorum in *Aba* Gothis peculiaris est. de  
qua in Specimine Ulph. I. haud pauca.

*Abrs* magnus. Vox pariter Theotiscæ linguæ igno-  
ta. Terminatio adjectivorum Gothica hæc cernitur;  
quæ fere in Sexcentis: ut *riks* dives, *gauris* tristis, *ar-  
dags* beatus. Insolentius vero hoc Francis scio, utpote  
quorum adjectiva vario alio modo terminantur.

Sed reprimo me inque medio cursu sustineo; obser-  
vationem enim instituo non librum.

### §. XII.

6:0 Dum uno obtutu universæ L. Gothicæ, quod re-  
stat, contemplor, invenio ibi præter Gothica & Scythica,  
de quibus mox plura, sane quam multa Græca & Latina,  
& id ita, ut FRANCISCUS JUNIUS vir, si quisquam  
alius, utriusque L. peritissimus, Græcam Gothicamque  
L. non nisi dialecto differre, judicet. Et sane Græcismura  
sapiunt non modo Orthographia Gothica (uti dum e. g.  
g ante alterum g & k pro n ponit. Ulphil. illustrat. pag.  
36: quo accedit, quod Græco more Latinum I longum  
per ei exprimat & E longum per ai v. STIERNHIEL-  
MII præf. ad Gloss. Ulph. Gothicum.) sed etiam idiotismi  
Gr. L. quam plurimi & voces mere Græcæ in Mœsiam  
tractatæ e. g.

*il* ἡλιος, Sol

*air* ἡε diluculum;

*aflassais* ἀποσασίε, repudii,

*ams* ὄμος, humerus

*gagrests* γεαφῆ edictum;

*blif-*

*bliftus* κλέπτης fur,  
& alia longe plurima.

*Spyreidans* σπυρεϊδᾶς Sportas,

Præter hæc non exigua ibi invenitur farrago vo-  
cum Latinarum e. g.

Kumbjan

cumbere obsolet.

Anskumbjan

accumbere.

Faskja

Fascia.

Aurkje

Urceus vel urceorum.

Sineigs

Senex.

Auralia

Orale vel orarium, i. e. Su-  
darium

Taceo alia, quorum ingentem numerum afferre possem. Jam vero etiam indubium fit, eadem matre usas fuisse has tres Linguas, idque ita ut Gothica L. Sororibus suis sæpiuscule lucem præferat, \*) quum tamen L. Ulphilana hæc Græcisimis & Latinisimis multo magis quam ulla reliquarum dialectorum Gothicarum aut Theotiscarum sca-teat, verisimile mihi videtur, loci situi & imperii socie-tati, hoc maximam partem esse assignandum. Vidimus enim, Mœsiam Romanis falcibus diu paruisse. Græcia vero contermina fuit, & multo haud dubie cõmmercio vicinis Gothis familiaris, ut adeo facilius eam cognationem, quam antiquitus cum L. Græca habuit, hæc nostra ser-vare potuerit. Quo etiam facit, quod in Ponticis re-gionibus integras urbes fuisse Græco sermone utentes, testetur OVIDIUS:

*In paucis remanent Græcæ vestigia linguae,*

*Hæc quoque jam Gethico barbara facta sono.*

Quibus verbis nescio an aliquid accuratius L. Moesogothicam depingere possit.

### §. XIII.

7:0 Inter vocabula Latinae originis refert quoque

WACH-

\*) Ostendimus in id præf. prioris partis Ulph. illustr. nec non proœmiis Speciminibus II. & III. Ulphilanis præmissis.

WACHTERUS illud *Kintu*, quod Math. V. 26. occurrit. *Amen quitha thur, ni usgaggis jainbro, unte us-gibis thanna ministan kintu i. e. Amen dico tibi, non exibis inde, usque dum reddas minimum nummulum. Haud ulli pepercit labori, ut indagarem, ubinam gentium monetæ species esset, quæ hoc nomen gereret. Id enim si resoire daretur, haud dubie valido indicio patriæ interpretis proderetur. Sed mihi nondum constitit, Romanos, qui quadrantes & Sextarios habuere, a quinario numero monetam quandam nuncupasse. Euditis itaque ulterius inquirendum linquo, an hujus monetæ vestigia alicubi offendantur. Probabile interea est, quum minima aris mensura ut plurimum apud antiquos pensilis esset, nec signata, id quod de nostratum *penningar*, speciali sensu ita dictis, certum est, minimum ponderis genus *quintin* inde nomen suum in borea accepisse.*

Monere fortassis debeo, nec linguam Francicam Latinorum vocabulorum immunem esse; sed videbit, quicumque ad ea animum attenderit, Theologica hæc fere esse, aut etiam artium vocabula, quæ clerici, ut transferendi laborem vitarent, retinuerint, & adeo Germanica civitate donaverint.

#### §. XIV.

In numero exoticarum vocum linguæ M. G. ponuntur quoque a WACHTERO in diss. de Lingua Codicis Argentei, inserta actis Berolin. T. 2. aliæ, quas Barbaricas appellat. Has autem ut uno fasce collectas videre possit B. L. catalogum Wachterianum heic subijciam, observationes nonnullas eidem infra subjuncturus.

*Abo*, vir.

*Awiliudon*, gratias agere.

*Abraba*, valde.

*Baujan* verere. in composis.

*Abrs*, magnus.

*usbaujan*, everrere.

*Aglo*, tribulatio.

*Bigitan*, invenire.

*Aibrs*, Munus.

*Bimamindam*, deridere.

*Anza*,

<i>Anza</i> , Trabs.	<i>Birekjai wauribun</i> , periclitabantur
<i>Atisk</i> , Sata.	<i>Bisunjane</i> , circumjacentes.
<i>Azetizo</i> , <i>facilius</i>	<i>Biutbi</i> consuetudo
<i>Aurakjo</i> (monumenta.	<i>Dufrisabtai</i> , exemplum.
<i>Sepulchra.</i>	<i>Plapjo</i> , plateæ.
<i>Ei</i> , si, ut.	<i>Plinsjan</i> , Saltare
<i>Fairgunje</i> , mons.	<i>Razn</i> , domus.
<i>Fairhwus</i> , mundus:	<i>Riquiz</i> , tenebræ.
<i>Gadaban</i> , evenire:	<i>Robsna</i> , Atrium.
<i>Gauris</i> , tristis.	<i>Saitqua</i> , oceanus.
<i>Gauritha</i> , tristitia.	<i>Saudim</i> , Sacrificiis.
<i>Gawrisquand</i> , fructum ferunt.	<i>Seitbu</i> , Vespera.
<i>Glaggwuba</i> diligenter.	<i>Sifaida</i> , exultavit.
<i>Gramsta</i> , festuca.	<i>Siponeis</i> , Discipulus.
<i>Hlaiw</i> . Monumentum Sepulchrale.	<i>Slawan</i> , tacere.
<i>Hleidumei</i> , Sinistra.	<i>Sprauto</i> , cito.
<i>Hunjan</i> confidere.	<i>Suns</i> , <i>Sunsarw</i> , confestim.
<i>Inilo</i> , excusatio.	<i>Swinrbai</i> , validi; fortes robusti.
<i>Kas</i> , vas.	<i>Tabjan</i> , discerpere.
<i>Kasjins</i> , Figuli.	<i>Tbeikwon</i> , tonitru.
<i>Latio</i> , consolatio, redemptio.	<i>Translein</i> , locusta
<i>Marwi</i> , sumtus	<i>Tuzwerjan</i> hæsitare.
<i>Marwjan</i> , parare, præparare.	<i>Usogajan</i> , Sugillare.
<i>Maudeith</i> , suggeret.	<i>Usdaudo</i> , sollicite.
<i>Naitein</i> , Blasphemia.	<i>Usfilmei</i> stupor.
<i>Nanthiands</i> , <i>Anananthjands</i> .	<i>Waibsta</i> , angulus
<i>audens.</i>	<i>Waip</i> corona.
<i>Nantbida</i> , <i>Ganantbida</i> cesavit.	<i>Waluns</i> virgas:
<i>Nidwa</i> ærugo.	<i>Wis</i> , tranquillitas.
<i>Not</i> puppis.	
<i>Paida</i> tunica.	



## §. XV.

Hæc vero, & quæ plura haud exiguo numero addi possent, uti Scythicæ L. haud dubie propagines sunt, ita ratio facillime reddi potest, cur in L. Moesogothicam sese insinuaverint. Moesia enim inferior & Pontica regio a Scythia & Thracia hinc Istro tantum flumine in-  
ter Hami iugo separabatur, ut adeo non potuerint non

İK ԴՈՒՆՈՒՄՆԻՑ ԱԿՆՑ ՄՍ ԲԵՐՆԻՆԻՏԻԱ ԵՄԿ..  
ԲԵՐ...ԴԱՄԱՆԻՏԻԱ ՄՈՇ ԱԿՆՑ ԱՐԱՄՍ  
ԱՐ ԲԻԱՄՍԵՐ ՈՆԿՇԱ Ն. ԻՆԴ... ԿԱՅԱՐԱՐԿ=  
ՇԱ ՇԱԻ ԿԻԱԿ... ԴՆԵՑ ԿԱԴՑ ԱՆԱՆՄՍՍՈ  
ՇԱԻ ՈՒՄԵՆԱՐ.

## §. XV.

Hæc vero, & quæ plura haud exiguo numero addi possent, uti Scythicæ L. haud dubie propagines sunt, ita ratio facillime reddi potest, cur in L. Moesogothicam sese insinuaverint. Moesia enim inferior & Pontica regio a Scythia & Thracia hinc Istro tantum flumine inde Hæmi jugo separabatur, ut adeo non potuerint non inter hos populos continuæ esse consortiones & mutua commercia. Tribuat B. L. huic argumento quantum libuerit: Ego etsi eidem soli fidere nollem, nihilo minus videor mihi, pari jure hoc geographico argumento uti posse, ac post aliquot secula deperditis literarum monumentis, vel obscuriore reddita migrationum historia, ubi quæstio oriretur, utrum ex America in Britanniam, an vero hinc eo sermo Anglicanus traductus fuerit, quum utrobique in usu sit: Europæus e Britania primam ejus originem ex ea ratione deduceret, quod scateret vocibus Latinis, Gallicis, Gothicis, Danicis, Batavisque, doceretque insulam hanc diu Romanam fuisse provinciam, & de cætero omnibus his regnis vicinam & frequentatam, dum ab Americanis toto oceano distet.

## §. XVI.

Sed ne diutius quempiam suspensum teneam, rem hanc rotamque controversiam evidentissime dirimunt tabulæ illæ Venditionis, in Italia haud dudum repertæ, quasque ex DONII inscriptionibus ab ANTONIO FRANCISCO GORIO Florentiæ 1731. editis affert EDV. LYE, in præfat. ad Ulphilam pag. 35. Quæ quum secundum Ulphilæ versionem unicum sint, quod adhuc cognovimus L. Moesogothicæ *λεψανον*, facere non potui, quin illud æri incisum heic B. L. videndum offeram, quum editio illa Benzeliiana in paucorum adhuc manibus sit. Mutilum vere hocce monumentum ita interpretari conatus modo laudatus EDV. LYE. EGO GUDILUBUS DIACO-

NUS HÆC VENDIDI, LIBELLUM FECIT FRA - - - TVE DIA-  
 CONUS - - - - QUATUOR UNCIAS N. HUG. - - - KABBA-  
 LARIÆ ET KILLI - - - ANEUS - - - - RENUNTIAVIT ET SUB-  
 SCRIPSIT. Nihil videt, qui heic eandem omnino linguam  
 non agnoscit, quam præfert codex argenteus: Si quis  
 interea dubitet, Glossaria in consilium adhibere poterit  
 circa voces *ik* ego, *Evabauhta* vendidi, *gawaurhta* fe-  
 cit, *fidvar* quatuor, *ufmelida* subscripsit; ab *uf* sub &  
*meljan* scribere. Aureum sane hoc est, & auro pretio-  
 sius monumentum, utpote ex quo haud pauca porismata  
 scitu utilia deduci possunt: ut autem cætera missa faciam,  
 id tantum observo, brevi hacce schedula illam, quæ jam  
 sub incude est, quæstionem penitus extra dubitationis  
 aleam poni. Scilicet notissimum est testimonium, perhi-  
 bente JORNANDE ALANO, aliisque, Ostrogothos, qui  
 & alias Gothi minores appellabantur, in Moesia suas ha-  
 buisse sedes, nec minus notum, eosdem hos Ostrogothos,  
 permixtos forte ejusdem nominis Scandinaviæ incolis, in  
 Italiam descendisse, eamque regionem haud brevi impe-  
 rio tenuisse. Quum itaque videamus, in Italia eundem  
 Gothicum sermonem easdem literas usurpatas fuisse, ne-  
 scio sane, an quisquam dubitare possit, quo minus Ostro-  
 gothica heic sint omnia, & Codex adeo argenteus in  
 ejus populi usum descriptus, qui in Italia cum imperio  
 fuit: nam uti uno ore omnis loquitur vetus historia Ec-  
 clesiastica, eosdem Gothos, qui jam Italiæ domini erant,  
 Scripturam *S. eis τὴν ἀμεϊτὰν φωνὴν* translata habuisse,  
 veri non videtur simile, aut interiisse hunc adeo salu-  
 tarem laborem, aut post HOMERUM alium extitisse,  
 qui Iliada conscribere voluerit. Jam vero quum per has  
 tabulas venditionis evidentissimum sit, alio Ostrogothos  
 sermone usos non fuisse, quam qui in Cod. Arg. extat,  
 tam de lingua, quam etiam de paraphraste luculentissi-  
 mum testimonium dicit. Video quidem heic objici,  
 etiam

etiam Francos aliquando Alpes transiisse, & ibi virtutem suam bellicam expertos fuisse. Sed ex subito aliquo tumultu nihil sane hujusmodi colligi poterit. Vidit haud ita pridem Germania Muscovitarum cohortes, nec nos ibi rari hospites fuimus, sed nunquam tamen alterutrius sermo civibus imperatus est, nedum in publicas tabulas migravit. Idem, quem modo laudavimus EDW. LYE ex HIERONYMO ROMAN affert, TURINI ab eo visum fuisse breviarium aliosque libros singulares eisdem literis exaratos, quibus usus quondam Ulphilas fuit. Miror sane, qui fieri potuerit, ut in tanta literarum luce, nullus eruditorum hos manuscriptos Codices sua cura dignos judicaverit, & quomodo diligentiam MABILLONII aliorumque, qui in has oras literaria itinera susceperunt, effugere potuerint. Sed deteget hæc forte volvenda dies & curiosior posteritas,

## §. XVII.

Subductis itaque omnibus calculis, ἀπόγραφον illud Versionis Ulphilanz, quod nomine Codicis Argentei appellare solemus, in Italia, sub Dynastia OstroGothica, esse exaratum, intrepide affirmo: conjecturæ meæ favet non solum eximius libri nitor, qui eo tempore haud levi pretio comparandus erat, & cui forte impares Gothorum, dum domi degebant, modicæ facultates fuere; sed etiam harmonia illa singularis, quæ animadvertitur inter veteres versiones Latinas, hujusque lectionem Sacri textus. Nam etiamsi in Moethica regione primum Gothice translata fuerint Sacra oracula, nihilo minus credibile est, ad typum Ecclesiæ Latine conformata & varie reficta fuisse Gothica Biblia. Observarunt jam dudum eruditi, Cantabrigianum BEZÆ Codicem in plurimis nostro concinere, atque id ita ut, dum a vulgari lectione Codicum Græcorum abit Ulphilanus, hunc fere auctorem habeat. Et notatu dignissimum reputavi, quod

versus ille, quem in Præfatione Ulphilæ illustrati post Luc IX: 50. in Codice Argenteo intercalarem veluti esse subnotavi, inque nulla versione antiqua extare tradidi, in veteri versione Latina inserta Evangeluario Celeb. BLANCHINI Romæ ante paucos annos impresso cum aliqua tamen variatione reperiatur. \*) Debeo hoc indicio Eruditorum Goettingensium, qui dum Ulphilana nostra summa comitate in Relationum Fasciculo III. recensuere, varia docta sane & quorum eos poenitere non debet, nostris meditationibus adjunxere. Nos vero si brevi hac opella in diversa ab illis abimus, tam æquo animo nostra accipiant, quam nos illorum crisi, ubi licet, lubentes affurgimus.

#### §. XVIII.

De industria hucusque intacta omisimus illa argumenta, quibus uti voluit Celeberr. HICKESIUS, in quibus refutandis jam breviores esse possumus, quum per antea dicta eorum nervos satis elisos putemus. Quod enim ad consensum attinet Codicum Latinorum, quorum copiam adeo paratam Gothico homini inque Moesia habitanti fuisse, verisimile non putat, quum Ulphilas haud dubie Græco Bibliorum exemplo usus fuisset, vidisti B. L. nos eodem telo ad nostram tuendam sententiam, & uti arbitramur, certioribus auspiciis pugnare. De cetero offendit Rev. D. Er. RENZELIUS in præfat. ad Ulphilam, manifestis indicis prodi, ex Græco textu quam plurima loca Codicis Argentei translata fuisse. Et bene habet: conspirant omnia amicissime, si dicamus ab initio ex Græco textu Gothicam formatam fuisse versionem,

---

\*) Codicis Argentei versus hunc sensum ex Benzeliana translatione habet: *nec ullus est hominum, qui non faciat miracula in nomine meo: quæ verba in memorata versione ita plenus efferuntur: Nemo est enim, qui non faciat virtutem in nomine meo, & poterit male loqui de me.*

nem, sed in Italia ad tenorem versionum antiquiorum eandem fuisse variatam & interpolatam.

## §. XIX.

Vitamus ita quoque illud dubium, quod vir hic doctissimus, inde sumit, quod nulla in hoc Codice appareant Arlanismi vestigia, quum tamen huic Sectæ ULPHILAM addictum fuisse, inter antiquos constet. Sed si hic Codex in solennem alicujus templi aut Principis usum fuit descriptus, qui fieri potuisse existimabimus, ut illud fermentum, si quod fuit, solícite inde non sit demtum? Si vero, an ulli in hac versione errores fuerint, dubitare videor, causa hæc est, quod incertum sit, suum ne laborem antequam Ariani dogmata amplexatus fuerit Gothicus hic Præsul, jam perfecerit. Aliquamdiu enim orthodoxum fuisse Ulphilam, luculenter prodit SOCRATES in Historia Ecclesiastica Lib. VI. c. 37. *Ἀλλὰ γὰρ, inquit, καὶ ἐλφίλας ὁ παρ' αὐτοῖς τότε ἱερωμένος, τὰ μὲν πρῶτα ἑδὲν διεφέρετο πρὸς τὴν καθόλου ἐκκλησίαν.*

## §. XX.

Quod vero ad similitudinem literarum Latinarum ab Ulphila adoptatarum, earumque quibus alii Codices Europæi scripti sunt, attinet, non video quid egregii eadem prober. Illudne mirum, si gentes vicinæ eademque cognatæ, in quibus poterant, & usus addixit, similes literas pinxerint? Iterum moneo, intra sinum Italiæ & ab OstroGotho Codicem argenteum pictum esse, non vero ad littora Ponti Euxini.

## §. XXI.

Pedem heic pæne fixissem, in primis quum dicendorum non nisi summa capita in chartam tumultuaria hæc opera conjicere, in animum induxerim: sed quum tamen videam, immisceri illi quæstioni, quam modo attigimus, alteram, quæ cum eadem parum commercii habet, utrum nempe ad Gothicam an Germanicam Lingua Codicis Ar-

Argentei, quam Ostrogothicam mihi appellare liceat, propius accedat, nonnullis lineis, quid ego de hac re sententiam, aperire non abs re erit. Inter omnes constare, arbitratus fuero, Linguas Theotiscas & Septentrionales, Francicam puta, Alemannicam, Burgundicam, Anglosaxonicam, Batavicam, Suethicam, Danicam Islandicamque ex uno fonte Scythici Sermonis omnes propullulasse. Nostri Scriptorum ultro de Sueogothica Lingua id confitentur, narrantque ODINI comitatum, victoriam sua arma Scandinaviae inferentem, victorum consuetudinem secutum fuisse, novumque illud idioma, quod *Afan.al*, seu Afanum sermonem appellant regioni induxisse. Ante hanc enim epocham credibile est, Lapporum linguam terrae inhabitatoribus vernaculam fuisse. Hos vero aborigines, ubi Afani longius longiusque populere, subsistere demum ad extremos Boreae terminos, ibique novas sedes quaerere passi sunt. Subiit itaque tam qua mores, quam etiam qua sermonem orbis Suiogothicus omnimodam mutationem, ita ut pro pristino illo veterum incolarum idiomate, Afanum illud seu Gothicum introductum fuerit: quod Gothorumne in Moesia habitantium fuerit, dicere haud pronum est, quum Gothica Lingua in varias dialectos abierit, nec satis certum, ubi praecipue ODINI patriae sedes fuerint. Interea id plusquam probabile est, hos, qui nominis Gothici ex asse heredes erant, sermone ad eos proxime accessisse. Nec Linguae veteres hodiernae litteram hanc dirimunt; nam si illas cum prisca hac OstroGothica contulerimus, multa invenire licet hujus Linguae vocabula, quae in AngloSaxonica residua sunt, quaeque in nulla alia dialecto usu recepta animadvertuntur, multae aliae voces apud Theotiscos superstites sunt, quas AngloSax. ignorarunt. Qui vero omnium singulorumque accuratorem numerum inire voluerit, inventurus facile erit, errasse WACH-  
 TERUM,



TERUM, dum in laudata Dissertatione de Lingua Codicis Argentei, p. 47. docet, eam cum nulla minus dialecto convenire, quam cum SuioGothica. Re enim vera longe secus est. Nam etiamsi id bona nostra venia sibi vindicare possint Germani, quod OstroGothica Lingua nominibus collectivis, nec non verborum præteritis, Supinis immo & infinitivis non raro præfigat, ut hi suum *ge*: quod articulum Substantivis præmittat, quem nos Sueci postponimus: quod, dum nos Passivas verborum formas immediate ex verbis creamus, Codex Argenteus, more Germanico, ope verborum auxiliarum *wairthan* & *wisan* utatur. Hæc inquam licet omnia vere dici, ultro confitemur, novimus simul tamen, catalogum longe operosiorum condi posse idiotismorum nostræ L. quæ OstroGothis nobiscum solis communes sint. Sed uti hæc res majus & temporis & chartæ spatium requirit, quam quod nos huic observatiunculæ destinavimus, mittimus hæc tantisper. Ne autem plane nihil dixisse videamur, Celeberr. WACHTERUM observare velimus, in illo, quem dedit, & ex eo attulimus, Catalogo vocum Scythicarum, quas ad Germanicam nulla arte referri posse, ipsemet confitetur, haud pauca genuina SuioGothicæ vocabula esse. Exempli loco sequentia sunt. *Bigitan*, invenire, Islandum *gieta* est, quod inter alia invenire notat, ut in Havam. *vil tu af vin þinum gott gieta*, si vis quod bonum est ab amico tuo invenire: inde *torgjætin*, inventu difficilis: v. Heimskr. T. I. p. 448. *Inilons*, excusatio, ortum est ab *ill* accusatio, quod ab *illa*, litem intentare, accusare, v. WestG. L. Kirk. B. c. 8. *illa bõnder at bonom*, si eum accusent coloni. cfr. Jord. B. c. 2. Præmittitur *in* vel *inub* particula negativa, respondens Latino *sine*, *absque*: ut adeo *inilons* sit actio alterum absque accusatione sistens, hoc est excusans. *Saudim*, sacrificia, Suethicum est in sensu proprio, quo *pecus* notat &

in specie *oves*. v. VEREL. & & GUDMUNDUS ANDREÆ in Lex. Islandicis. Deinde tractatum est ad sacrificia, quorum illa materia fuere. *Usfilmei*, stupor, Islandicum est, *felm* stuporem ibi notat, *felmtr* id. *felmfullur*, stupidus, *felmtra* stupere. *Waluns*, } baculos, SuioGothicum vocabulum & pleno usu adhuc vigenz: unde *bandval* tribulum, quo frumenta excutuntur. v. VEREL, Ind. in *val. Naitheins*, blasphemia, Gothice *nid*, unde *nidord.*, id. *nidvisa*, carmen diffamans, alias pasquill. Heimskr. Tom. I. p. 241. *Nantbiands*, *ananantbians*, audens a *Sueth. nannas*, quod olim audere denotavit, quo sensu aliquoties in *Konunga Styrlife* occurrit, unde *nenne* audacia, *nännogr*, audax. cfr. *nendigi*, audacia, apud *Notkerum Psalm. XXIV. 26. Rozu*, domus, quæ vox eadem & eodem sensu occurrit in *Leg. Westg.* Prætereo alia, quæ ejusdem classis esse, facile monstrare possem: & speciminis tantum loco sequentia *Ulphilæ* adjungo, quæ an nobis dubia reddere possit *Francica* vel *Theotisca* dialectus, scire vellem:

*Fraisan*, tentare.

*Fresta*.

*Gabweilan*, requiescere.

*Hwisa*.

*hwotjan*, comminari.

*Hota*.

*Gamaidans*, debiles.

*Isl. meida*, mutilare, *meisl*, mutilatio.

*Ganithjos*, cognati.

*Nidjar*, id, in *Legg. Patriis*.

*Greitan*, flere.

*Grâta*.

*Malm*, arena.

*Malm*, unde *NorreMalm*.

*Stainabamma*, locus petrosus.

*Stenhammar*: ab *hammar*, locus petrosus, rudetum.

Si vero quispiam justum utriusque *Linguz*, SuioGothicæ & OstroGothicæ desideraverit parallelismum, Specimen satis amplum videre poterit in *Appendice posteriore ad ERICI JULII BIÖRNERI Cogitationes etymologicas Holmiæ 1742 in 4:to editas*. Quum vero libellus iste ex-

teris

feris ad manus ubique non fuerit, nonnullos ex eodem versiculos huc transferemus.

## Evangelium Matthæi,

## CAP. V.

- v. 15. Ak ana lukarnastathin. ja liugeith allaim thaim in thamma razna. Helldur a lukarastadin jaloge allom daim i dann rasne.
- v. 16. Sua liuchtjal liuhath izvar in andvairthja manne. Ei gafaihuazina izvara vaurstva. jah bathhjaina attan izvarana thana in himnam. Sua loge logit idvart i andvardi manna, at sai idvара goda vaurka, ja hægja atin idvar dan i himnum.
- v. 17. Ni hugjalth ei quam gatairan vitoth. aiththau praufetuns. ni quam gatairan ak usfulljan. Ne hugith at ek kuamin taira vitotit eda praufetum, ne kuamin taira helldur upfulla.
- v. 18. Amen auk quitha izuis. und thatei usleithith himins ja airtha. jota ains aiththau ains striks ni usleithith af vitoda. unte alla gavairthith. Amen dy kueda idur uns dat uslitist himin ja jarden, jota ain eda ain strik ne uslitist af vitotit, uns allt verdur.
- v. 19. Ith faei nu gatairith aina anabusne thizo minnistono. jah laisjai sua mans. sah minnistta haitada in thiudangardjai himine. ith faei thaujith jah laisjai sva. sah mikils haitada in tiudangardjai himine. En sa nu tairir ain anbudi dissa minnistta, ja laisfir sua mannum, sa minnistta haitast i diodgardi himma. En sa tairir jah laisfir sua, sa mikil haitast in diodgardi himma.

Studiorum suorum Moderatori, dilectissimo,  
honoratissimo.

*Ut amicis, quod habet proverbium, communia sunt omnia, ita nemini mirum obveniat, si, qui aliquot per annos familiari non minus quam solida Tua, Eruditissime D:ne, usi sumus informatione, Tibi, dissertatione publica, laudi & doctrine viam pandenti, plaudere, reconditumque letitia sensum ex Tuis progressibus publice significare, nostrum esse duximus. Operose autem in hoc negotio versari, & Tua modestia & tenuior nostra prohibet dicendi facultas. Hinc omnia dicenda suspiriis, ex intimis recessibus animi conceptis, comprehendimus, velit D. O. M. honestis Tuis clementissime adspirare conatibus, viamque virtutis, multis difficultatum syrtibus obsitam, sua provida cura Tibi mitigare, ut metam, quam Tibi proposuisti, felicissime attingas, utque laborum Tuorum fructus semper Te maneant ultra vota uberrimi.*

JOH. & AND. GUST. MOLIZ.

Q. B. V.

# ULPHILAS ILLUSTRATUS,

*CUJUS*

PARTEM ALTERAM,  
SUFFRAGANT. AMPLISS. SENAT. PHILOSOPH.  
IN ILLUSTR. ACADEM. UPSALIENSI,

PRÆSIDE,

*VIRO CELEBERRIMO,*

D. MAG. JOHANNES  
IHRE,

ELOQ. ET POLIT. PROFESS. REG. ET SKYTT.

S. R. S. M.

DISSERTATIONE GRADUALI,  
*PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT*

ERICUS SOTBERG,

VADSTENO-OSTROGOTHUS.

IN AUDITORIO CAROL. MAJ. D. VIII. MARTII,  
ANNO MDCCLV.

*HORIS ANTE MERIDIEM SOLITIS.*

---

U P S A L I Æ,  
Excudit LAUR. MAGN. HÖJER, Reg. Acad. Typ.

S:Æ R:Æ M:TIS  
*SUMMÆ FIDEI VIRO,*  
Regis Regnique SueoGothici  
SENATORI,  
Regiæ Cancellariæ  
PRÆSIDI,  
Illustrissimo  
Excellentissimoque

*BARONI ac DOMINO,*

**D:NO ANDREÆ  
VON HOPKEN,**

Ordinum Regiorum

EQUITI

Et

COMMENDATORI

Splendidissimo.

*MÆCENATIBUS*

S:Æ R:Æ M:TIS

*SUMMÆ FIDEI VIRO,*

Regis Regnique SueoGothici

SENATORI,

Supremo Aulæ Regiæ

MARESCHALLO,

Regiæ Cancellariæ CONSILIARIO

Illustrissimo Excellentissimoque

*COMITI ac DOMINO,*

**D:NO CLAUDIO**

**EKEBLAD,**

Ordinum Regiorum

EQUITI

Et

COMMENDATORI

Splendidissimo.

*SUMMIS.*

**P**atiamini, Mæcenates, Vobis submissè offerri Specimen hoc Academicum, Ulphilam sive Codicem, uti dici consuevit, Argenteum illustraturum. Non defuere jam diu huic studiorum generi sui Patroni benignissimi, & veneratur præcipue amans nostra literarum ætas, venerabiturque, quæ pii officii memor fuerit, posteritas Illustrissimum Nomen DELAGARDIANUM, cui debemus non modo thesaurum illum pretiosissimum; sed & maximam partem eorum, quæ ex illo deprompta & cum orbe erudito communicata fuere. Tantus vero Mæcenas literaturæ MæsoGothicæ olim oblatus, & in primis, gratia illa plane singularis, qua Vos, Mæcenates Summi, literarum cultores amplecti soliti estis, confugere me docuerunt ad aram Excellentissimorum Nominum Vestrorum, Tantæque tutelæ præsentem opellam submissio venerationis cultu consecrare: Ero, dum vixero,

Illustrissimorum Excellentissimorumque  
NOMINUM VESTRORUM

*Cultor Humillimus*  
ERICUS SOTBERG.



D. D.

## Evangelium Lucæ.

Cap. I.

1. Unte *vairtris* a) managai dugunnun meljan insaht.  
 5. was in dagam herodes *thiudanis* b) iudaias gudji.

Cap. I.

1. Quum enim multi ceperint scribere historiam.  
 5. Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, sacerdos.

L

9.

a) Conveniunt J. & B. cum Codice Mser. ST. *vairtris*. Hanc particulam prætermittunt J. & St. in Glossariis; excipit vero HICKES. in Gram. Anglosax. & MæsoGoth. p. m. 62. inter Conjunctiones promiscue positas. Unum idemque notare cernitur ac Græc. *ὅτι*, Marc. 12: 37. *πὲρ* & *μὲν*, Matth. 9: 37. Joh. 16: 9. *γὰρ* Marc. 7: 8. cfr. ulterius, si placet, Matth. 11: 18. Marc. 6: 17. 7: 25. Luc. 1: 18. 6: 44. 7: 33. 14: 28. 17: 24. Præterquam quod conjunctio causalis est, aliquando ceu expletiva particulis quibusdam ornatus gratia adjici videtur: Marc. 7: 10. Luc. 13: 14. & passim: WACHTERUS nostrum *vairtris*, jam, nunc, significare Luc. 1: 18. atque adeo affine esse Germ. *Bereits* in Gloss. docet. Sed profitemur diffensum.

b) B. idem. v. Matth. 5: 35. J. & St. *thiudans*, casus rectus, quem ratio constructionis h. l. admittere nequit. Familiam vocis diligenter recenset JUN. in Glossar. Goth. p. 348. seq. cui addimus, ex annotationibus VERELII ad Herv. Sag. c. 17: p. 164. quod *thiudans* emphaticum

# E V A N G E L I U M

- |  |  |
|--|--|
| <p>9. <i>blauts</i>. c) St. hlauths.<br/>         11. warth than imma in<br/> <i>siunai</i> d) aggilus fanins.</p> | <p>9. Sors.<br/>         11. Fuit autem illi in visio-<br/>         ne angelus Domini.</p> |
|--|--|

15.

regis nomen, descendat a *þiod*, populus, & *anna* vel *ansa*, curare, q. d. curator vel tutor populi. *þio-*  
*dans kone*, regis uxor, Runa Capitul. 9.

- c) Sic J. B. & Cod. Mscr. Ideoque rejicimus *b* posterius apud St. eademque emendatione indiget Ejus Gloss. Ulph. Goth. in voce p. 90. *blauts*, fors, Sueth. *lott*, idem. Island. *blut*, *blutr*, *blutfall*, conjecto sortium. *blauta* *wairpan*, Marc. 15: 24. Sueth. *lotta*, Isl. *blutast*, sortem jacere, sortiri. Gothr. & Rolf. Sag. c. 7. p. 34. Consentit Anglosax. *blet*, *blyt*, v. JUN. Gloss. Goth. p. 197.
- d) B. & Cod. Argenteus ita. J. & ST. *in siuna*, quod, si regulas declinationum observes, incommodum est; namque *siuns*, Luc. 9: 29. format Genit. *siunais*, Dativ. *siunai*, Joh. 7: 24. Accusat. *siun*, Luc. 4: 19. & Ablat. quem postulat *in*, Dativo similem, Luc. 3: 22. Annotamus præterea triplicem hujus vocabuli sensum apud Ulphilam: significat 1.) ὄπτασιον, qui hujus est loci, & intra v. 22. *siun gasaqb in alb*, visionem vidit in templo: unde nostratibus formula illa loquendi, *vara i syne*, id quod naturalem quandam videndi facultatem non designat; sed de iis usurpatur, quibus vel somno, vel alia, nescio qua, ratione, miræ rerum imagines, speciesque vel spirituum vel hominum mortuorum &c. passim & ab infecta plebe offerri creduntur.
- 2.) τὸ βλέπειν, Luc. 17: 21. *blindaim managaim fragaf siun*, multis caecis reddidit visum. Island. *siun*, idem. Vilkin. Sag. p. 47 *at siun oc at sogn*, visu relatuque. Sueth. *syn*, *sun*, unde *syna*, lustrare, *synas*, apparere, ὄψιν, conspectus, adspectus. 3.) εἶδος τῆ προσώπου καὶ σώματος

15. *naubthan.* e) ST. *na-* 15. Adhuc:  
*ukthan.*  
 17. *in frodein* f) *garaih-* 17. Ad sapientiam ju-  
*taize.* *storum.*  
 23. *jah warth bi the us-* 23. Et factum est, post-  
*fullnodedun dagis and-* *quam impleti essent*  
*babteis* g) *is.* *dies ministerii ejus.*

L 2

24.

*tes*, Luc. 9: 29. 3: 22. Utrique notioni convenit no-  
 strum *syn*, facies, item vultus, quod MGothis alias di-  
 citur *wlits*, *andawleiz*, quo de cfr. Specim. Gloss. Ul-  
 phil. III. p. 62. Sic nostrates dicunt v. gr. *han slår mig*  
*i synen*, percutit faciem: unde porro habemus *upp/syn*,  
 frons, Gall. *physionomie*: *får/syn*, reverentia, Gall.  
*égard*. *får/sea*, species corporis. Konung. ok Höfd.  
 Styrils. p. 91. *fagra ok vitra får/sea*, nitidus ac de-  
 cens cultus.

- e) Pro *naubthan* legitur alibi *naub* & *naubthanub*. Joh. 7:  
 33. 8: 20. unum vero idemque sonant.  
 f) J. & ST. legunt *du frodein*. B. ex Codice probe substi-  
 tuit *in*, docetq; nihil obstare, quo minus significationem  
*τῆ ἐis* sive *πρός* illi tribuamus. v. Edition. BENZEL, p.  
 150. in notis.  
 g) Lectionem Codicis Mscr. adferimus; eam vero ut re-  
 gulis sui ipsius contrariam improbamus. J. & ST. *us-*  
*fullnodedun dagos andbabteis is.* B. *usfullnodedun dagos*  
*andbabteins is.* Conveniunt itaque ambæ lectiones in  
 mutatione *τῆ dagis*, i. e. Genitiv. singul. v. Marc. 16:  
 2. Luc. 2: 44. *in dagos*, i. e. Nominat. plural. quem  
 verbum 3. plural. *usfullnodedun* postulat: & sic infra  
 Luc. 2: 6. *usfullnodedun dagos du bairan izai*, imple-  
 ti ei sunt dies pariendi. cfr. ibid. v. 21. 22. Discre-  
 pant autem vocabulo sequenti, quod, utrum *andbabteis*

24. afar ubiban. b) ST. 24. Post autem.  
uhtan.

ib. jah galaugnida sik ib. Et abdidit se mentes  
*menoths i)* simf. quinque.

25. afniman idweit k) mein. 25. Auferre opprobrium  
meum.

28.

an *andabhteins* sit legendum, vel ideo incertius est, quod h. l. tantum occurrit. Rev. B. sine adjecta ratione habet *andabhteins*, lineamque transversam super *i* evanuisse, supponit. v. Nuper. Edit. p. 151. Cui lectioni nos lubenter subscribimus, utpote quæ analogia flexionum niti, videtur: sic enim habemus infra v. 50. 54. *armabairtei*, *armabairteins*. Luc. 7: 35. 2: 40. *bandugei*, *bandugeins*. Luc. 2: 13. Joh. 7: 31. *managei*, *manageins*, &c. at *n* illud omissum in *andabhteis* non vetustati, sed Amanuensis incuriæ tribuimus.

b) Cfr. JUN. Gloss. Goth. p. 380. & nostras observat. ad Marc. 16: 12. P. Pr. p. 58.

i) Editi legunt *menaths*; Lectionem vero codicis Msc. confirmant alia loca. sic infra, eodem hoc capite v. 26. *in menoth saibstin*, in mense sexto. v. 56. *swe menoths thrins*, quasi menses tres, 4: 25. *menoths saibs*, menses sex. De vocis cognatione v. JUN. Gloss. p. 253. Refer. ad *mena*, luna, Marc. 13: 24. Sueth. *mâne*, eadem ratione, ac Græcorum *μήνη*, mensis, derivatur a *μήνη*, Dor. *μῆνα*, luna; est quippe *mensis* nihil aliud, quam mensura circuli lunaris. De terminatione vocabuli audiendus est WACHT. Gloss. Germ. inter Prolegom. Sect. VI.

k) Favent. J & B. eidem lectioni. ST. *idweith*, v. Gloss. Ulph. Goth. p. 97. Nos rejicimus *h* finale, idque sct-fragio vocum affinium Anglos. *edvrit*, *ædvrit*, objectio, opprobrium, *ædvritan*, imputare, exprobrare. Franc.

28. *fagino anstai audabaf-* 28. Latere gratiæ val-  
*ta l).* de plena.

29:

& Alam. *eduuit, ituuizon, ituuiz* Belg. *vervyt, vervyten*,  
 Ill. *avit, increpatio, avita, increpare*. Germ. *weisen, ver-*  
*weisen, inculpare*. Nostrates *förvita, förvitelle*; etc-  
 nim nostrum *för*, perinde ac German. *ver*, ut obser-  
 vat WACHTERUS Gloss. Germ. p. 1778. auget significa-  
 tum, & ex simplici objectione facit acrem & vehemen-  
 tem v. SCHILT. Gloss. Teuton. p. 255. Vox referenda  
 ad Ill. *vita*, arguere, convincere, v. VEREL. in Indice  
 p. 295. JUNIO & WACHTERO vox hæc longe non rece-  
 dere videtur a Græc. *αῖτια*, crimen, *αῖτιαῖται*, crimi-  
 nis insimulare, culpæ, per prosthesis literæ *w*. cfr.  
 Eorum Gloss. nec non SCHILT. L. cit. p. 879.

1) J. & ST. conjunctim: *anstai audabafsta*. B. autem divi-  
 sim, & nostro judicio, optime; nullum quippe apud  
 Ulphilam invenimus exemplum vocis cujusdam ex tri-  
 bus nominibus compositæ. *Ansts*, gratia, Luc. 2: 40.  
 Anglos. *est*, amor, caritas, favor, benevolentia. Sueth.  
*ast*, amicitia, amor inter ambientes matrimonium, &  
 amor inter conjugatos. cfr. HICKES. in Thesaur: & Gram.  
 Afax. & MGoth. p. 131. Franc. *anst* vel *enst*, gratia:  
 unde OTERIDUS L. 1. C. V. v. 36. de eadem illa Evan-  
 gelica salutatione *fol bistu gotes enstli*, plena es Dei gra-  
 tia. v. SCHILT. in Gloss. Teut. p. 52. Eademque signifi-  
 catio est hujus vocis in Gloss. RHABANI MAURI, KERØ-  
 NIS, LIPSIANO, &c. teste ECCARDO in notis ad monu-  
 menta Catechet. p. 127. Ex eodem fonte habemus *yn-*  
*nest*, & a præfixo *ge* & *anst*, *gunst*, benevolentia, favor.  
 cfr. WACHT. Gloss. v. *gunnen*: *audabafsta* componitur ex  
*audags*, dives, beatus, quod est ex *auda*, veteri lin-  
 gua nostrate *audur*, opes, divitiæ, nunc *ode*, unde

29. gathlahsnoda *bi inna-*  
*gabtai m)* is.

29. Turbata est. : - -  
ejus.

ib.

Upsala *öde*, opes vel possessio regis Uplaliensis. v. Edit. BENZ. ad h. l. p. 152, item LOCCEN. Lex. Jur. SueoG. p. m. 198. 199. & *haben*, habere: denotat igitur locupletem, divitem, bonis refertam, ut adeo interpretatio STIERNHELMII in h. l. admitti nequeat, v. Glossar. Ulph. Goth. v. *faginon*.

m) Editi: *bi innagabtai*. Vertit B. sermone. J. & ST. in Gloss. & LAMBERT. KATENUS in *Gemeenschap tussen de Gottische Spraeke en de Nederduytsche*, p. 53. ex obliquo hoc casu rectum formant *innagabt* vel *innagabts*, sermo: vocemque referunt ad *innabt* vel *innabts*; *δίνυσις*, narratio, cujus radicem JUNIUS esse censet. Anglos *saegan* vel *saegan*, v. Gloss. Goth. p. 211. ad eundem modum, quo nostrum *saga*, *sagn*, narratio, relatio, historia, item fabula: cfr. Not. VERELII ad Gothr. Sag. p. 3.: ortum ducit a *saga*, dicere, narrare. Quamquam ita se vocem habere verisimile videretur, eam nihilominus, prout in Cod. Argenteo legitur, adferre volumus, eruditisque judicandum relinquere, annon composita sit ab *inn* vel *inna*, *eis*, *éow*, in, ad, & substantivo quodam a verbo Ulphilano *gathiban*, nunciare, referre, vel, quod malim, *gathibjan*, benedicere, ut adeo *bi innagabtai* reddi posset: annunciatione, vel potius, benedictione. Certe, ad primum quod attinet, nemo; meo judicio, negabit, prodere hanc vocem, si modo error absit Amanuensis, scaturigem illam, etiam in eo, quod ab eodem sensu non multum abluat. Est tamen ipsa ratio formalis salutationis angelicæ, cui debeo alterum, quem conjectando addimus voci, significatum; etenim facile mihi



- haitada. jah *gibid.* q) cabitur, & dabit ei  
 imma fan goth stol dominus Deus sedem  
 daweidis. Davidis.  
 33. jah thiudanoth nfar gar. 33. Et regnabit super  
 da iakobis in *ajukduth.*r) domum Jacobis in  
 perpetuum, & regni  
 jah

35. 76. A simplici *haub*, vel, ut apud KATEN. Lib. cit. p. 31. *haubs*, altus, unde *haubjan*, extollere, laudare, *haubeins* & *haubitha*, gloria, altitudo, Joh. 8: 54. Luc. 14: 10. Etymon vocis v. in Gloss. WACHT. ejusque ad German. præfat. §. V.

q) | B. ita. J. & ST. *gibith*: utrumque pari flat auctoritate, quia *ih* & *d* sæpissime permutantur apud MæsoGothos, ut *gibid.* h. l. δῶσει, dabit, sed *gibith*, idem, Marc. 8: 37. *taujiid*, ποιῆσι, facit. Luc. 7: 8. *taujiith*, id. Matth. 8: 9. *habaid*, ἔξει, habet, Luc. 5: 24. *habaith*, id. Marc. 7: 6. *fijaid*, μισῆσι, odit, Joh. 15: 19. *fijaith*, id. *ibid.* v. 23. v. Luc. 7: 8. collat. cum Matth. 8: 9. & porro Luc. 6: 2. cum Matth. 5: 47.

r) Editi: in *aiwins*, & quidem bene usitateque, suffragante Codice alibi; verum nec insolens aut suspecta videri debet, quam h. l. damus, lectio: cfr. Joh. 6: 51. 58. Varie ceteroquin, pro varietate textus Græci, expositam legimus hanc locutionem, ut mox infra v. 55. Joh. 8: 35. 51. 52. *und aiw*, *du aiwa*, *aiwa dage*, εἰς τὸν αἰῶνα, in æternum, in perpetuum, in æternitatem æternum. Matth. 6: 13. *in aiwins*, in secula, &c. Vox, ut ego arbitror, temporis adnumeranda adverbii, eam licet horum in numerum referre oblitus sit HICKES. in Thesaur. & Gram. ASax. & MGoth. p. m. 60. Docet ST. in Indice Ulph. p. 8. *ajukduth* ortum esse ab *aiw*, *e*, *eve*, *evam*, Gr. αἰών, cf. JUN. Glossar. p. 41. qua



- jab* s) thiudinaſſaus is ejus non erit finis.  
 ni wairthith *andeiſ.* t)  
 35. aggilus quath du *izai.* v) 35. Angelus dixit illi.  
 M. ib;

autem ratione explicandum, ſi ad artis Etymologicae obruffam illud accuratius exegeris, mihi non liquido conſtat. v. Specim. II. Gloſſ. Ulph. p. 44.

- s) Editi *itb*, cui variae apud Ulphilam ſignificationes conſtant, reſpondent enim Gr. δὲ, ἐν, ἐί, καί, ceu exempla, quorum affatim adduxit JUN. in Gloſſ. p. 215. monſtrant; *jab* autem eſt conjunctio copulativa affinis Fennon. *ja*, v. JUSLEN. Lex. Fenn. & quæ diximus P. Pr. p. 3. in notis.
- t) Editi *andei*; Codex autem habet *andeiſ*, idque regulis Grammaticalibus magis videtur conforme. Contendas vocem cum exemplo inflexionis XIII. Nom. Subſt. apud HICKES in Theſ. Gr. AS. & MG. p. m. 15. Cui etiam illud accedit, quod *ni* ellipticòs poſitum Genitivum adſciſcat, ut pluribus docet ED. LYE in Grammat. Goth. p. LXI.
- v) Editi *izaize*, reclamante Codice, qui nullibi admittit τὸ *ize*, iſthac ratione, huic vocabulo, vel aliis Pronominibus ſubjunctum; adſunt vero exempla non pauca, quæ conſtanter reſtitutioni noſtræ favere videntur. cfr. Luc. 7: 13. 48. Marc. 5: 34. 41. Joh. 11: 23. 40. & paſſim. Ceterum, non ignoro, τὸ *ize* in Editis ſubnecti Pronomini *thai*, v. Luc. 8: 15. Marc. 9: 1. ſed illa copulatio non modo nititur nulla auctoritate, ut ſuo loco dicemus, verum nequidquam noſtræ aſſertioni officit. Obſervandum denique, Fennonibus *ipſe* dici *itze*, auctore JUSLENIO Libr. paullo antea laudato.

- ib. *du the ei faei x)* gabai-  
rada veihš.
36. jah lai aileisabaitb y)  
nithjo theina, jah so in-  
kiltbo sunau in aldomin  
seinamma. z) jah|sa me-  
nothš faibsta ist izai
- ib. Propterea, qui nasce-  
tur sanctus.
36. Et ecce, Elisabetha  
cognata tua, etiam  
hæc concepit filium in  
senectute tua, & hic  
mensis sextus agitur il-  
sei

- x) Editi *du theb faei*; sequimur vero rectius Codicem  
Mscr. in quo alias sæpius occurrit *du the*, διὰ τῆτο, Luc.  
14: 20. *du the*, idem. Joh. 7: 21. *du the*, Joh. 16: 15.  
*du the ei*, διότι, ἀνδ' αὐν, διὰ τὸ, Luc. 1: 13. 20: 2: 4.  
Nec ratione destituti disjunctim legimus *du the ei*; eo-  
nim in significationem singulorum propriam intendi-  
mus, quæ foret *pro eo quod*.
- y) J. & B. ita ST. *aileizabaitb*. v. supra vers. 5. 13. & in-  
fra 41. 57.
- z) Hæc est vera Codicis nostri lectio, cujus tantummo-  
do particulam extricarunt Celeb. Editores: legunt *jab*  
*so in kiltbo sunu* (J. & ST. *sunu*) *ganam - - nin seinam.*  
- - Mendo non nemini, quæ restituumus laborare for-  
tassis videntur, est autem ellipticum dicendi genus,  
atque pro *in kiltbo*, in utero, lego *inkiltbo*, prægnans,  
gravida; adjectivum, ni fallor, a *kiltbein*, quod mihi  
notat *sinum*; & subintelligi opinor *warth*, prout ob-  
servare mihi videor vers. præcedenti 24. & infra Cap.  
2: 5. ut adeo non incommode legas *inkiltbo warth*  
*sunau*, Svethice, *hafvande vardt med en son*. Enim-  
vero huic nostræ conjecturæ lubentius accesserit, qui  
consideraverit, illam, quam exhibent Cel. Editores, Co-  
dicis suffragio & ratione syntactica carere. De voce  
*kiltbein* conferantur WACHTERUS in Gloss. Germ. p.  
246. & JUNIUS in Gloss. Goth. p. 221.

37. *sei baitada stairo. unte* li, quæ vocabatur ste-  
*nist a) unmahteiggotta b)* 37. rilis: quia non est im-  
 38. *ainhun waurde. quath* possibile Deo quidquam  
*than mariam c) sai thiwi d)* 38. verborum. Dixit aut  
 M<sub>2</sub> fa-

a) *nist* pro *ni ist*, scriptura apud MæsoGothos usitatissi-  
 ma, v. JUN. Lib. cit. p. 268. nec peregrina Alamannis,  
 ut colligitur ex observationibus SCHILTERIANIS, Gloss.  
 Teut. p. 634.

b) Observari meretur, quod Ulphilas hic excludat præ-  
 positionem *fram*, quam tamen alibi videre est. Marc.  
 10: 27. Manifestum igitur arbitror, utramque locu-  
 tionem MæsoGothis in usu fuisse *unmahteig gota* &  
*unmahteig fram gota*, simili ratione, ac nostrates ho-  
 dieque loquuntur: *gud omðgeligt & omðgeligt fôr gud.*

c) *mariam & marja*: utrumque recte & usitate. v. ante-  
 cedent. vers. 27. 30. 34. &c. quæque annotavimus ad  
 Marc. 16: 9. Part. Pr. p. 57.

d) *thiwi*, ancilla, serva, Joh. 18: 17. vox ejusdem fa-  
 miliæ ac Alam. *thiw*, & Anglof. *theowa*, *thiwa*, i-  
 dem, item *theu*, *theov*, *theovman*, servus, mancipium,  
 MæsoGoth. *thiwe*, famulus, Luc. 16: 13. Cambr. Bri-  
 tan. *tyvas*, idem. His VERELIUS in annotat. ad Her-  
 var. Sag. p. 118. addit Moscovit. *διεφκα*, nostrum *dåka*  
 & *thio*, ancilla, nec non *hy*, servus, serva, & *piadur*,  
 mancipatus: omniaque derivat vel a *tjena*, *tiona*, *thie-  
 na*, Anglof. *theowjan*, servire, vel, ut docet ibid. p. 164.  
 a *þia*, coercere. JUNIUS, pro more solito, ad fontes  
 Græcos recurrens deducit a *θεω*, curro, vel a *θύω*, im-  
 petuose feror; quod famulantes mira sedulitate ultro ci-  
 troque cursitare, & commissâ sibi munia strenue obi-  
 re solent. Alii alia tradunt. v. WACHT. Lib. cit. p. 281.  
 & SPÆGEL in Gloss. SveoG. p. 514. Id autem in trans-

*fanins. e) wairthai mis*      tem Maria: ecce serva  
bi

curfu haud indignum duximus notatu, quod pleraque *servi, servæ, pueri, famulique* nomina antiquissima, initio bona, post ob improbitatem isti hominum generi consuetam, abierint in significationem malam. Sic v. gr. *Tæsva*, nostratibus *tik*, catula, canicula, v. SPEG. L. cit. p. 510. & *teef*, Belg. meretrix a *thiwi*, quia antiquitus malas meretriciasque artes in domibus & familiis exercebant ancillæ, quod quoque ex Leg. Sal. Tit. XXIX colligitur: *Tyſ, tjuſ*, nostratibus est *fur*, atque a *thiwe, tywas*, ad fures pervenit, ea haud dubie ratione, quod plerique *servi* antiquitus erant fures domestici. Idemque fatum experiuntur voces German. *dieb* & *hub*, quæ ante *servum*, quam nebulonem designarunt. v. WACHT. L. c. p. 281. 222. *Skalk*, nobis extra compositionem idem est ac *boſ, ſkælm*, nequam, v. Bibl. Svecan. 1. Sam. 20: 30. & *skalkas* respondet Græco *περπερεύειν*, perperam agere, ibid. 1. Cor. 13: 4. *skalks* apud Ulphilam notat *servum*, & *skalkinon* ibid. *servire, ministrare*. Porro, *Mær*, nobis hodie significat *equam, stod*; veteribus autem *mō, virginem*, cfr. Gothr. & Rolf, Sag. c. 14. Item Herv. Sag. c. 20. Et his similia vide, si placet, apud Glosographos.

e) Integram hanc vocem nullibi exprimit typhotheta, sed linea superinducta, in Nominat. FA, Genit. FINS, Dativ. & Ablat. FIN, Accus. FN. v. Observat. MARESS. HALLI p. 448. Scythicæ originis vox, ejusdemque significationis ac Arcadum *FIAN* & Romanorum *Faunus*, quem Vossius Lib. 1. de Idololatr. interpretatur *Deum universitatis, item rerum naturam*. cfr. VERELII Dissertat. de voce *fanin*. Hoc nomine veteres nostri gen-

- bi waurda theinamma. f)* Domini, eveniat mihi  
jah galaith fairra izai secundum verba tua: &  
sa aggilus. discessit ab ea angelus.
42. *ufwopida. g)* ST. us- 42. Exclamavit.  
wopida.
54. *hleibida israela thiu-* 54. Refocillavit Israëlem  
*magu b)* seinamma. famulum suum.

9.

tiles, ad sacra Christianorum transeuntes, *Deum, univer-*  
*foram dominum* insigniverunt: *fan goth unlar fan ains*  
*ist*, Marc. 12: 29. *frijos fangoth theinana*, ibid. v. 30.  
& passim: atque ut in S. Codice homines eminentes  
*Dii* appellantur, ita & ipsis tributum est, sed imminuto  
significatu: *fan. wileima iaisu galaiqhan*, Joh. 12: 21.  
Matth. 10: 24. Hinc *gunfani*, Dominus virorum, Rex,  
dux, v. Hervar. Sag. p 174. Nec aliunde deduco *fa-*  
*num*, templum, etiam si a *fando*, quod inde *fata* pe-  
runtur, verior quibusdam videatur Etymologia.

*f)* Supplevimus ex Codice Argenteo lacunam, qua impres-  
sa exempla laborant.

*g)* J. & B. recte v. infra cap. 8: 8. 16: 24. Componitur ex  
adverbio Gothorum inseparabili *uf*, Anglof. *up*, Isl *off*,  
latissimæ significationis, ex verbo, cui præfigitur,  
hauriendæ, & *wopjan* vel *hropjan*, clamare, Sueth. *ro-*  
*pa*, & antiquitus *opa*, *æpa*, *ôpa*: unde *ber-op*, *ôpa-op*,  
& apud PERINGSKÖLD. in Fragm. Runico-Papist. p. 19.  
*Fak græt ôpande*, *ok ôpte grætande*, ejulatum plango-  
re dispunxi, inclamitando.

*b)* Sic Codex noster & editi; sed pro *thiunmagu* foret *thiu-*  
*magau*, poscunt enim ita regulæ Grammaticæ: confer  
tamen EDVARDUM LYE, in Gram. Goth. p. XLII qui  
observat terminationes *aus* & *us*, *au* & *u* identidem  
confundi. Vox construitur, judice WACHTERO, non  
a *thiu*, idem ac *thiwe*, de quo supra, ut docet JUN. in

E V A N G E L I U M.

- |   |  |
|---|--|
| 59. jah warth in daga<br><i>abtudin. i)</i>               | 59. Et factum est die o-<br>ctavo.             |
| 64. <i>tuggo. k)</i> ST. tungo.                           | 64. Lingua.                                    |
| 65. jah warth ana allaim<br><i>agis l) thaim bisitan-</i> | 65. Et factus est super<br>omnes timor vicinos |

*m)*

Glossar. p. 349. sed a Celtico *ty*, domus, quod hodie custodiunt Cambri, & *magus*, puer, Luc. 2: 43. cujus diminutivum est *magula*, puerulus, Joh. 6: 9. & cognatum *magath*, virgo, Luc. 1: 27.

*i)* Editi in *daga abtudim*; tradimus vero lectionem veteriorem, cfr. Luc. 9: 22. 18: 33.

*k)* J. & B. emendant STIERNHIELMI lectionem, cui tamen id concedendum est, quod ejusmodi accuratio apud Ulphilam sibi perpetuo non constet; sed in vocibus nonnullis, quibus, ut assolet, *g* inesse deberet geminatum, prius fortassis recte mutetur in *n*: sic omnino legimus infra c. 15: v. 22. pro *briggith*, *bringith*, & v. 23. pro *briggandans*, *bringandans*: unde, ad calculos etiam vocata linguarum cognatarum harmonia, nullam crediderim fore litem de justo hujus geminationis sono apud MæsoGothos, eamque propterea per *ng*, ex hodierno usu, exprimendum esse, ut: *aggilus*, *ængel*, *bliggwan*, *flænga*, *briggan*, *bringa*, *draggk*, *drank*, *fingr*, *finger*, *gagga*, *gænga*, *buggrjan*, *hungra*, *jugg*, *ung*, *lagg*, *lång*, *pugg*, *pung*, *figgwan*, *sjunga*, *stiggan*, *stingga*, *tuggo*, *tunga*, &c. Non tamen contendimus geminationem illam in qualibet voce subiisse ejusmodi mutationem, ævo recentiori: habet Ulphilas v. gr. *triggws*, *untriggws*, *fidus*, *infidus*, Sueth. *trygg*, *otrygg*, &c. hoc autem non contrariatur, sed limites ponit, nostræ observationi.

*l)* *agis*, timor v. Specim. Glossar. Ulph. II. p. 36. Ab hac voce derivatum esse nomen Gallicum *ogre*, in fa-



4. *urran than s) jah iofef us galeilaia t) us baurg nazaraith v) in iudaian in baurg x) daweidis sei haitada bethlabaim.y)* 4. Ascendit autem etiam Jolephus ex Galilæa, ex urbe Nazareth, in Judæam, in urbem Davidis, quæ vocabatur Bethlehem.

7.

quod similiter notavit Cel. Dom. PRÆSES in elegantissima Præfat. Part. Pr. præmissa.

s) Ita J. & ST. Nec incommode B. *thanci*, rarius licet occurrat. v. Luc. 5: 24.

t) Non dicitur *galilaia*, ut legunt J. & ST. transcribunt enim MæsoGothi, græc. per suum *ei*, ut: Δαβίδ, *daweid*, Πιλάτος, *peilatus*, Σίμων, *seimon*, Ελισάβετ, *ailei-sabaith*, Ηλίας, *beleias*, &c. hoc vero non esse perpetuum adserunt exempla, utut rarissima, Φίλιππος, *filippus*, Ισκαριώτης, *iskarioteis* &c. Ceteroquin suffragio Codicis Arg. recte legimus: *us galeilaia*, quod cur prætermiserit Rev. BENZ. in nupera editione, mihi non constat.

v) Hac verba a JUNIO præterita sunt, quare eadem in Cod. Msc. deesse credit MARESCHAL. in suis Observat. p. 446. ST. & B. quod suum est, reddunt Ulphilæ.

x) J. errore typhet. *baurb*. ST. & B. rectius *baurg*. Est omnino idem vocabuli ac Græcorum *πύργος*, Gall. antiqu. *borgo*, turris, castellum, oppidum cfr. VEIÆL. Ind. p. 41. Hinc *baurgjans* Luc. 19: 14. Sueth. *borgare*, *borgersmån*, cives urbani. v. SPÉGEL in Gloss. p. 62. Unde porro manifesta emergit ratio appellationis urbium, oppidorum, locorumve, quorum apud nos exterosque nomina in *borg* desinunt. cfr. WACHTERUS in v. *burg*. item SCHILTER. in Glossar. p. 147.

y) Editi *bethlabaim*, & sic utique foret juxta Observatio-



- |  |  |
|--|--|
| 7. jah gabar sunu <i>seina-</i><br><i>na z)</i> thana <i>frumabaur. a)</i> | 7. Et peperit filium suum<br>primogenitum.         |
| ib. ni was <i>im b)</i> rumis in<br>stada thamma.                          | ib. Nihil erat ei loci in ipso<br>loco (mansionis) |
| 13. jah anaks warth mich<br>thamma <i>aggilau. c)</i>                      | 13. Et mox fuit cum an-<br>gelo.                   |
| 15. jah saiqhaima waurd<br>thara <i>waurthano. d)</i>                      | 15. Et videamus verbum<br>quod factum est.         |

N

16.

nem nostram Part. Prim. p. 14. not. *b.* quodque idonea & sufficienti nititur auctoritate; ne vero lectionem suam Codici nostro derogare, aut vitium, quod nobis inter scribendum eo loco obrepfit, tueri videamur, bona fide restituumus *bethlabaim*: quemadmodum etiam mox infra v. 15. præeunte Codice, legimus.

z) J. & ST. *seinama*, vox nihili.

a) J. & ST. legunt *frumabauri*, quod Codex & B. non agnoscunt, neque probo exemplo confirmari potest. Compositum est a *fruma*, initio, Joh. 15: 27. & *bairan*, gignere, unde *gabauran* vel *gabaurans*, natus, Joh. 16: 21. De voce *fruma*, &, quæ inde habentur, compositis consuli velim JUN. & SCHILT. in Glossariis, nec non VEREL. in Indic. p. 83.

b) ST. errore typographi, *in. J. & B.* recte.

c) J. perperam *aggilu*; nam præpositio antecedens *mit* requirit Ablativ. *aggilau*: quin etiam infra v. 21. hujus capitis, apud J. & ST. minus recte legitur *fram aggilu* pro *fram aggilau*. B. utraque hæc loca emendavit.

d) ST. *waurthand*, quod rejicimus, ejusque in locum, ad ductum Codicis Mscr. reponimus *waurthano*, est enim hæc forma particip. passiv. gen. Neutr. Sing. numer. qua nihil fere apud Ulphilam vulgatus: vid. Luc. 15: 6, Marc. 4: 15. 5: 14. Joh. 10: 35. 12: 6. 13: 18.

16. jah quemun *snium-* 16. Et venerunt festi-  
*jandans. e)* nantes.  
 17. *gakannidedun f)* bi 17. Notum fecerunt ver-  
 chata waurd. bum.

18.

De usu autem & terminatione horum particip. plural. numeri, cfr. Annotat. ad Matth. 27: 54. Part. Pr. p. 20: quibus addi possunt exempla, quæ occurrunt hoc cap. v. 18. & infra C. 4: v. 22. &c.

- e) Sic J. & B. habet vero ST. vitio fortassis librarii, *sniumjandans*. Est particip. activ. plural. num. a singul. *sniumjands*, festinans, Luc. 19. 5. a *sniumjan*, festinare, properare, unde *sniumundo*, festinanter Luc. 1: 39. Affines hujus vocis reperimus apud Alemannos, teste SCHILTERO, Glossar. Teut. p. 749. item apud Majores nostros, quibus *snemma* idem est ac *cito*: Hervar. S. c. 13: p. 134. *kongr var okatur þan dag, ox gieck snemma til reekiu*, Rex subtristis fuit eo die, citoque petiit lectum. v. VEREL. in Indice. Hinc *snimen*, dialect. Smolandica, nuper. Antiq. *snemaum morgunen*, primo mane, v. SPÉGEL. in Gloss. p. 457. Cfr. JUNII Gloss. p. 310.
- f) B ita J & ST, vitiose *gakannadedun*; habet quippe Infinitiv. *gakannjan*, manifestare, Sveth. *kunngröra*, præterit. regulare *gakannida*. v. supra v. 15. atque adeo 3. pers. plural. *gakannidedun*, ut: *gataujan*, facere, Luc. 5: 34. *gatawida*, Luc. 1: 49. *gatawidedun*, Joh. 12: 16 *gamotjan* occurrere, Joh. 12: 18 *gamotida*, Joh. 11: 30. *gamotidedun*, Matt h. 8: 28, *laisljan*, sequi, Marc. 8: 34 *laislida*, Joh. 6: 2. *laislidedun*, Matth. 8: 1. & sexcenta alia. Ceteroquin vocem hanc in plerisque linguis Borealibus usu viguisse, nec Græcis fuisse peregrinam, utpote quibus *κοινοῦν*, auctore HESYCHIO, est *seire*, intelligere, in Glossar. JUNIANO observatum videbis. cfr. VEREL. Ind. in v. *kunna*.

18. fram thaim *bairdjam g)* 18. A pastoribus eis.  
du in.
20. jah gawandidedun sis 20. Revertebantur pasto-  
thai *bairdjos. b)* res.
- ib. in alaize *thizeei i)* ga- ib. Super omnibus, quæ  
hausidedun. audierant.
22. usfulnodedun da- 22. Complerentur di-  
gos *braineinai k)* es purgationis eo-  
ize.

N 2

- g)* Editi *bairdjan*, sine exemplo Codicis, qui constanter suffragatur nostræ lectioni, regulis Gram. apprime convenienti. *bairdeis*. pastor, Joh. 10: 2. Sueth. *berde. bairda sweine*, grex porcorum, Matth. 8: 30. Sueth. *svinebjord*. Etymon vocis habemus. *bird*, custodia, unde *birda*, sequare, custodire, apud VEREL. in indice.
- b)* Iterum corrupte editi: *bairdjonds*, non tamen dubitat Rev. BENZELIUS legendum, ceu supra v. 8. *bairdjos*, idque h. l. habet Codex argent.
- i)* Editi *thoeei gabausidedun*, quod si quid ego iudico, non displicere debet: at in Codice nostro legimus *thizeei gabausidedun*, quod æque manifesta ratione syntactica nititur; siquidem *hausjan* apud Ulphilam interdum per ellipsin Genitivum adsciscit. Joh. 6: 60. 7: 40. 10: 16, 18: 37. & alibi. Heic autem subaudiri crediderim, vel vocabulum *insabt*, vel aliud id genus.
- k)* J. & ST. *braineinai*, quod respuit B. & jubente Codice Mscr. probe restituit *braineinai*, cujus infra occurrit casus sextus *gabraineinai*, Sueth. *vening. brains, brania, brain*, purus, a, um, Sueth. *ren: gabranjan*, purificare, Sueth. *rena, rensa*. Radicem huic voci constituit JUNIUS Græc. *gairw*, aspergo, aqua perfundo, quum ab asperione aquæ ad purgationem facilis sit in significato transitus. His vero, utut speciose dictis, contradicunt alii, deducentes eam vel a *rin, rinn*, fluvius,

- |   |  |
|---|--|
| ize. l)   | rum  |
| 24. gajuk <i>braiwadubono. m)</i>                               | 24. Par turturum.  |
| 29. nu fraleitais skalk thei-<br>nana <i>fraujinond fan. *)</i> | 29. Nunc dimittas famu-<br>lum tuum, dominans<br>Domine. |

34.

rivus, unde Germ. *reinen*, & nostrum *rena*, proprie erit *aqua profuente abluere*, v. WACHTERUS. item STIERNHIELM. & SCHILT. in Glossariis.

l) Non legit Ulphilas *αυτῶν*, ejus, cum versione veteri Latina, consentiente Codice Complutensi; sed *αυτῶν*, eorum, prout editi & versiones præcipuæ Orientales confirmante ORIGENE Homilia XVI. ad nostrum Evangelistam. v. Edit. BENZEL. p. 164. & Observat. J. MILLIE ad hunc locum.

m) Sic J. & B. ST. errore amanuensium, *braiwadubona*, quod etiam in Glossar. p. 36. & 91. est notandum. Vox mihi proprie denotat *columbas ravas*: subit vero *ravus* duplicem significatum, vel, ut FESTUS ex VERRIO interpretatur, cui vox rauca & obtusa, vel qui ravi est coloris, utrumque turturibus apprime convenientem. Prope a vero abfuerunt Etymologi, sed ita tamen, ut WACHTERUS confugerit, aut ad sonum avis naturalem & luctuosum *tur*, aut, cum JUNIO, ad Anglosax. *breovan*, Germ. *reuwon*, dolere, lugere, v. Gloss. Germ. p. 1730. Nobilissim. STIERNHIELMIUS originem arcessit a nostro *kræve*, ingluvies, q. d. *krævedufvor*, quod quidem, meo judicio, non satisfacit: neque illi assentimur, qui porro derivat *dubo*, columba, a fictitia, ni fallor, voce *dusfa*, involare, quum potius huc facere videatur Anglos. *dusfan*, immergere, ut bene observavit JUN. in Gloss.

n) *fan* est Scholion, judice Rev. BENZELIO, ex margine translatum, v. nuper. Edition. p. 165. MARESCHELLUS

34. *sa ligith du drusa jah* 34. Hic jacet in casum &  
*ustossai. n)* resurrectionem.  
 37. *seh o) ni afiddja fair-* 37. Hæc non discessit e  
*ra alh. fastubnjam jah* templo, jejuniis & pre-  
*bidom blotandei p) fan.* cibus colens Deum.

38.

---

autem stabilit hunc Ulphilæ pleonasmum, conjectura non improbabili, ut quæ nil habet, quod sensui & manifestæ etymologiæ repugnet. *fraujinond* mihi est casus quint. participii *fraujinonds*, a *fraujinon*, dominari, imperium gerere, quod superest in illo *gafraujinond*, quod occurrit Marc. 10: 42: ut adeo *fraujinond fan* reddi possit *dominans Domine*, Sueth. *berskaude berre*. An vero lectioni interpretis nostri suffragentur alii Codices, mihi non constat.

n) Sic Codex Argent. & B. *drus*, casus, & *ustass*, resurrectionis, Dativum, quem *du* regit, aliter formare nequeunt. cfr. P. Prim. p. 6. not. h.

o) B. assentitur Codici, quem J. & ST. deserunt legentes *so*, vide quæ observavimus P. Prim. p. 52. 58. in notis.

p) Ita probe editi; est enim hæc terminatio usitatissima Nominat. sing. præsent. particip. feminin. generis, ut *daily indei*, hæc dividens, *sokjandei*, hæc quærens, &c. in Codice autem minus recte: *blotande*. *Blota*, significatu vetustissimo, *victimis & hostiis Deos placare*, unde apud VERELIUM in Iad. *blot*, *blotscap*, sacrificium cruentum, *blotgodur*, sacrificiorum præsides, *blotmadur mikill*, in sacrificando assiduus, *blotbus*, sanum, delubrum, &c. v. Herv. Sag. c. 20: p. 183. Hanc vocem postea retinuerunt MæsoGothi, & vero Dei cultui adhibuerunt: hinc *blotan* illis est colere Deum, & *gotb-blestreis*, Dei cultor, Joh. 9: 31. quorum radicem esse:

- |  |   |
|--|---|
| 38. jah rodida biina in q) allaim.         | 38. Et loquebatur de eo inter omnes.      |
| 40. ahmins fullnands. r)                   | 40. Spiritu impletus.                     |
| 43. jah ni wiffedun s) io tes jah aitheis. | 43. Et nesciverunt Josephus & mater ejus. |
| 46. bigetun ina in alb. t)                 | 46. Invenerunt eum in templo.             |

47.

*bloth*, languis, Sueth. *blod*, a βλῦειν, scaturire, censet JUNIUS in Glossar. Gothico.

- q) J. ingratis Codicis omisit præpositionem, quam ST. & B. restituerunt.
- r) ST *fulnands*, cui opponimus primitivum *fulls*, Luc. 5: 12. Sueth. *full*, & *fulljan*, implere, *fylla*, unde *fulljands*, implens, Matth. 27: 48. *fuls* autem longe alia vox est, & notat *fætidum*, Joh. 11: 39. Atque his probe observatis, facile etiam corrigi possunt menda illa leviora, quæ incuria Amanuensis admittit Nobiliss. Auctor in Indice, sub voce.
- s) Codex habet *wisedun*: editi ad analogiam propius *wisedun*, ut infra C. 4: v. 41. a *witan*, scire, Sueth. *ve-ta*, Germ. *wissen*, quod videtis apud WACHTERUM.
- t) Sic editi: Codex noster præter consuetudinem, & vitio haud dubie operarum, *alb.* cfr. Marc. 11: 11. 15. 16. 14: 58. 15: 29. Luc. 1: 21. 22. Una hæc est vocum, quarum occasione Celeb. Dom. PRÆSES demonstravit insignem illam affinitatem, quæ est inter linguam Gothicam & Latialem, qua de vide supra laudatam Præfationem: quod vero exinde persuadere sibi videantur Auctores Relationum Gœttingens. anni 1752. N. 82. nos fugisse usu vigere hanc vocem in lingua Germanica & præcipue Anglosaxonica, id quidem modeste præterimus, & plura desiderantem mittimus ad Specim.

47. hausjandans *is. v)*51. *aithei. x)* ST. athei.

Cap. III.

1. in jera than *simftatai-*  
*bundin. y)*

47. Audientes illum.

51. Mater.

Cap. III.

1. Anno autem decimo  
quinto.

ib.

Glossar. Ulphilan. II. p. 46. nec non WACHTER. in Glossar. p. 643. Addimus tamen adhuc, quod eadem vox in lingua Esthonica, simili plane modo ac in Latina supersit, nimirum in *Hallial, Kusal, Hapsal, Leal,* &c. quæ Esthonibus sunt templa, his nominibus insignita, ceu nobiscum, pro suo in nos favore, communicavit rerum Livonicarum diligenter peritus c. EIL. WETTRING.

v) J. & ST. *ina.* cfr. Annotat. ad v. 20. antecedentem, not. i.

x) J. & B. recte, prout ST. in Glossar. p. 7. v. Luc. 1: 43. 60. Vocis familiam conservant hodieque Fennones, quibus *aiti*, mater, *aitinen*, matercula, *aitillinen*, maternus, in Lexic. JUSLENIANO: quin & *aitea*, ejusdem apud Lappones significatus, observatum STIERNHELMIO in Indice. Huic, eodem pæne sono, consentit Græc. Bithyn. & MæsoGoth. *atta*, pater, annotante JUNIO in Glossar. & BAS. FABR. in Thesaur. Quemadmodum etiam ad hanc classem spectare *attinum* seu *atlantem* pluribus docet Cel. RUDBECK Atlant. T. 1. c. VII. §. 5. p. 211. De antiqua hac voce vide porro WACHTER. in Glossar. p. 26.

y) Editi *simftaibundin*, eadem ni fallor, ratione, ac Joh. 11: 18. *simftaibunim*, quindecim; sed magna hæc inter loca est differentia: illic enim observaveris numerum compositum cardinalem poni pluraliter; hic autem numerum compositum ordinalem stare singulari-

- |  |   |
|--|---|
| ib. fidurraginja this galei-<br>laid <i>berodei</i> . z)   | ib. Tetrarcha Galilææ He-<br>rode.                        |
| 2. at <i>aubmistama</i> ) gudjam.  | 2. Sub summis sacerdoti-<br>bus                           |
| 5. wairthich <i>thata wrai-<br/>quo b</i> ) du raihtamma<br>jah <i>usdrusteis c</i> ) du wi-<br>gam flaihtaim. | 5. Erit curvum in rectum,<br>& asperum in vias<br>planas. |

10.

---

ter, *fimftataibundin*, decimo quinto, Sueth. diceret *fem-  
tetionde*, jam vero, per synæresin, & syncopen, *fem-  
tonde*..

z) Editi *herodes*.

a) Restituimus auctoritate Codicis Mscr. Rev. BENZ. cum editis, *aubmistam*, nec sine mendii suspitione admit- tit nostram lectionem, v. Nuper. Edition. p. 183. 284. in notis: utraque tamen, si quid video, in lingua Go- thica, invaluit, legimus quippe Luc. 4: 29. *und aub- misto*, ad similitudinem, & cap. 19. 47. *und aubmistans gudjans*, summi sacerdotes. Refer vocem ad *haub*, quo de vide supra C. 1: 32. not. p.

b) Emendavimus lectionem J. & ST. Codici nostro, regu- lisque Grammat. contrariam. *wraiquo* Rev. BENZELIO est *curvum*, nobisque deducitur a Latin. *varicus*, quod a *varus* cfr. FESTUM & NONIUM in *obvaricari*, Græc. *βενικός* Hesych. *πενήεις*, interim consule JUN. in Glossar. p. 410.

c) Sic Codex Mscr. Editi *usbrusteis*, quod auctore Rev. BENZELIO exponitur *asperum*, quæ vero significatio huic voci propria sit, mihi nondum innotuit. Videatur tamen conjecturâ non improbabilis apud JUNIUM L. cit. in voce *brutsfill*, item VEREL. in Indic. & v. *brutna*.



10. an d) qha taujaima. 10. Ergo, quid faciamus.  
 14. nimannanhun ana- 14. Nemini per caluminiam  
 mabtjaid. e) jah waldaith quidquam abripite, &  
 f) annom g) izwaraim. contenti estote stipendiis vestris.

O

17.

d) J. & ST. *than*. Notamus, morem fuisse veteribus Gothis præmittendi restitutam particulam interrogationibus, v. Luc. 10: 29. 18: 26. Joh. 9: 36, neque apud nostrates in desuetudinem abiisse, sed mutatam in eandem ingredi rationem. v. Edit. BENZEL. p. 171.

e) Ita Codex & B. Nec male J. & ST. *anamabtjaith* cfr. Luc. 1: 32. & quæ ib. docuimus. JUNIUS deduxit vocem a *mabts*, potentia, ut adeo *anamabtjan* sit *potentie suæ fiducia ad injurias minorum efferrî*, v. Matth. 11: 12. Luc. 18: 32. vel, quod eodem reedit, *viribus suis in aliorum fraudem abuti*, v. Marc. 10: 19. & Specim. Gloss. Ulphil. II. p. 50.

f) Rev. BENZELIUS non transtulit vocem, quæ omnino difficillima est explicatu; etenim si interpret noster pro *ἀγκειῶδε*, ut omnes Codices editi habent, legerit *ἀγκυρε*, quæ conjectura est MARESCHALLI, certe hæc propria significatio τῆς *waldan*; sed qui heic locum habeat, non assequimur: nec, si priorem illum significatum retineamus, in vado res fuerit, quam quid vocis sit, & unde domo ignorent Glossographi. Provocamus igitur ad lectionem in margine, *ganobidai sijuth*, contenti estote, atque inde, quod ad rem ipsam, integer apparet sensus.

g) Ex Latio ad Gothos, sub Imperatoribus Romanis merentes, vocabulum hoc manasse, non nemini in confesso est, v. Edit. BENZ. p. 172. qui vero meliora vide-

17. *jab b)* briggi<sup>h</sup> kaur<sup>n</sup> in *bansta i)* seinamma.  
 21. warth than bi the daupida *alla managein. k)* jah at iaisu *ufdaupidamma jab bidjandin. l)* usluknoda himins.  
 23. jah silba was iai<sup>s</sup>us iwe *jere m)* thrijetigiwe *uf*
17. Et deferet frumentum in horreum suum.  
 21. Factum vero est cum baptizaretur omnis populus, etiam Jesu baptizato ac precante, aperiebatur cælum.  
 23. Et ipse Jesus erat quasi triginta annorum

ga.

---

re cupit, adeat Cel. Dom. PRÆSIDEM in Specim. Glossar. Ulphil. III. p. 67. 68.

- b) ST. *jak* v. Part. Prim. p. 3. not. *m*.  
 i) Sic Codex Argent. & B. ideoque in Nominat. *bansts*, horreum, receptaculum frugum. J. & ST. *banstan*. Etymon hujus vocis frustra quæxivimus. v. interim *banze*, locus asservendis segetibus destinatus, apud Læschl. in Lit. Celt. p. 85.  
 k) JUNIUS habet *allama managein*, sed *ma* in *allama*, culpa forte librarij, irrepsit ex voce sequenti. ST. *alamma mitothim*, in errorem inductus paginæ alterius literis folium permeantibus, ceu monet Cel. D. PRÆSES in citata Prælatione.  
 l) J. & ST. *ufdaupidammai jab bidjandein*, quod B. optime emendavit. Observo, ne quid dissimulem, in Codice nostro errorem amanuentis, qui primum videtur scripsisse *bidjandein*, id autem postea, e deleto, ad regulas Grammat. restituisse: cfr. Matth. 5: 42.  
 m) ST. *jera*, sed non quadrat sequenti *thrijetigiwe*, hoc enim est casus 2:us Numeri plural. illud vero Dativ. vel Ablativ. J. & B. recte. Vocem, pro more suo, elegantius explicat WACHTERUS in Glossar. p. 776. 777.

*gakunthai.* n) *fwæi o)* . . . . . uti  
 funus munds was *ioje-* putabatur, filius Jo-  
*fis. p)* . . . . . sephi.  
 24 *laiwweis. q)* ST. *laiweis.* 24. Levi.

O 2

26

n) Est hæc vera Codicis Argent. lectio, quæ diu multumque torisit ingenia Etymologorum, sed ita tamen, ut Reverendiss. BENZELIUS putet, seorsum legenda esse *uf & gakunthai*; hoc vero casum tertium esse a *gakunthbs*, manifestatio, a *gakunthjan*, manifestare, adeo ut sensus sit, *sub manifestationem suam, sive circa initia manifestationis suæ ac publici muneris*: sicut supra c. 1. vers. ultimo *und dag uftaikneinaiis seinairoz*, de initio officii Johannis Baptistæ. Vide nuperam Edition. p. 174. Addam insuper conjecturam ED. LYE in Observationibus ad h. l. nimirum, pro *ufgakunthai*, legi vult *us gaba-urthai*, a nativitate, quod illi parum a Codicum lectione distare, & huic loco accommodatum videtur. Confer adhuc quæ exhibet sagacissimus MARESCHALLUS in Observationibus suis pag. 451. quæque mihi certe, præ ceteris arrident; si modo pro *ufgakunthai*, ut auctor suspicatur, foret *uf gagunmai*, sub initium, quod proxime accedit lectionibus Codicum Græcorum: interrim tamen, in hoc sententiarum divortio, quum meliora ipse afferre nequeam, suo quemque abundare sensu facile patior.

- o) ST. literarum similitudine lapsus, habet */ylei*, vocem nihili. Marc. 2: 28.
- p) Sic recte. Mox infra v. 24. 26. 30. eadem menda apud ST. occurrunt.
- q) J. & B. consentiente Codice, nobiscum faciunt, & sic legendum v. 29, apud ST,

26. <i>iodins. r)</i> ST. iudins.	26. Judæ.
34. <i>iakobis. s)</i> ST. iacobis.	34. Jacobi.
35. <i>sairokis. t)</i> ST. saikoris.	35. Sarochi.
37. <i>maleilaelis. v)</i> ST. ma- leiaielis.	37. Maleleclis.

## Cap. IV.

3. jah quath du imma *diabulus. x)*  
 10 *wairp y)* thuk thathro  
 dalath.

## Cap. IV.

3. Et dixit ei Diabolus.  
 10. Jace te hinc deorsum.

II.

- 
- r) J. & B. recte, nec aliter Codex Argent. cui hæc perpetua est lectio.
- s) Elemento *c* caret Alphabet. Gothicum, quod vide Part. Prim. præmissum.
- t) J. & B. observant lectionem Codicis. Gr. Σαροχ.
- v) Idem h. l. eandem tuentur accurationem. Præterea apud ST. v, 24. pro *iannis* lege *iannins*, & paulo post v. 27. pro *iobannis*, *iobannins*.
- x) Editi *diabulaus*, quod æque Codici probatur, vide mox infra v. 5, usitatus tamen *diabulus*, ut sequenti v. 6. *sa diabulus*, ubi simul observes articulum præpositivum *sa*, quem J. & ST. præter consensum Codicis nostri, omiserunt: sic porro v. 13. pro *diabolus* apud JUN. & *diabolaus* apud STIERNH. recte Rev. BENZ. legit *diabulus*. Pari modo promiscue occurrunt *sunus* & *sunaus*, unde Vocativ. *sunu* & *sunau*, item *magus* & *magaus*, &c. Confer annotat. in cap. I. v. 54.
- y) Hæc est forma Imp. mod. 2: perf. singul. J. autem & ST. *wairpi*, quod probe emendavit B. Ita Marc. II. 23. *wairp thus in morein*, projice te in mare. De voce diximus Part. Pr. p. 24. in notis.

- II. ana *bandum* z) thuk  
 uthaband ei qhan ni  
*gastagqujais bi staina* a)  
 fotu theinana.
13. jah ulstihands all *frai-* 13. Et finiens omnes ten-  
 130-

z) J. & ST. *bandun*, quod expungimus, atque ejus in lo-  
 cum cum BENZ. ex Codice restituimus *bandum*.

a) Codici nostro iterum refragatur lectio JUN & STIERN-  
 HELMII: *ni gastagujais ei staina*, quam Rev. BENZELIUS  
 merito suspicatur vitiosam esse, eamque ob causam sup-  
 plet sensum vertendo *ne quando ad lapidem offendas*, ra-  
 tus culpa typhotetæ excidisse præpositionem *at* vel *du*.  
 Legit nihilo minus *gastagujais ei staina*, & affixum il-  
 lud *ei*, quod incommodum censet, in textu retinet. v.  
 Nuper. Edition. p. 179. Pro *gastagujais* habemus *gastag-*  
*qujais*, a simplici *stigquan*, cum impetu ferri, or-  
 dine militari procedere, ut Luc. 14: 31. *qhas thiudans*  
*goggands stigquan wihbra antharana*, quæ Junius in-  
 terpretatur: *quis rex militari ordine procedens adversus*  
*alium*, &c. v. Glossar. p. 317. 318. Porro confer *bistug-*  
*qum*, Matth. 7: 25. 27. in lingua vetere Gothica *stinka*,  
*stjunka*, *stucka* non raro notat *cum impetu ferri* v. LL.  
 Helf. Manh. B. c. III. §. 1. LL. Upl. eod. Tit. c. IV.  
*stjunker sidhan afstene æller stucki* i. e. si postea reper-  
 cutiatur a lapide vel trabe. Rolf. Krak. Sag. p. 86. *stoc-*  
*kur ban so fram a bærserkine* i. e. irruit ita in pugilem,  
 cfr. Ol. Trygg. Sag. p. m. 25. Heims Kr. Tom. 1. pag. 139.  
 LL. Gothl. c. 23. Et, ni fallor, ejusdem familiæ vox  
 est quæ occurrit apud NOTKER. Psal. 62. 11. dum verba  
 divitiæ si *offluent* vertit *ube jub aber ribtuoma zuo ge-*  
*stungene sin*. Ceterum, ei rejecto, substituiimus *bi* præposi-  
 tionem ad *staina* necessariam.

- |   |  |
|---|--|
| <p><i>(stobnjo. b)</i><br/>       14. urrann and <i>all gawi</i><br/> <i>bisitande c)</i> bi ina.<br/>       18. merjan <i>frabuntha-</i><br/> <i>main d)</i> fralet.</p> | <p>tationes.<br/>       14 Exiit in omnem regio-<br/>       nem circumjacentium.<br/>       18. Prædicare captivis<br/>       dimissionem.</p> |
|---|--|

25.

*b)* Sic B recte. J. & ST. *frastubrjo*. Neutrum improbat Ulphilas. cfr. Matth. 6: 13. Et hujus permutationis, quæ ob affinitatem vocalium naturalem facilis est, adfunt nobis exempla inter alia: *widuwō* & *widowō*, Luc. 7: 12. 18: 3. *ushofon* & *ushofun*, Luc. 17: 13. Joh. 11. 41. *afdobn* & *afdumbn*, Luc. 4: 35. Marc. 4: 39. *obtedun*, *ubtedun*, Joh. 6: 19. Marc. 11: 32. quin etiam in flexionibus *fon*, *funius*, Marc. 9: 44. Matth. 5: 22. *laubmoni*, *laubmunja*, Luc. 10: 18. 17: 24. Vocem, mutata terminatione, conservant adhuc nostrates, quibus *tentatio* dicitur *frestelte*, Island. *freisn*, *freisne*, & *freisting*, idem. Hisque accedunt Franc. *freison*, periculum v. WACHT. Gloss. in v. *freislich*, *frailan*, tentare, Joh. 6: 6. Sueth. *frestla*, Alax. *frasigan*, idem. Cuncta derivat SOMNERUS a *freissen*, vorare, v. SCHILT. Gloss. Teut. p. 313.

*c)* Rev. BENZELIUS putat vitiosam esse constructionem, ideoque legendum *allgawi bisitando*, vel *allgawie bisitande*, abbreviate pro *bisitandane*; observat vero EDW. LYE, quod etiam nobis visum est, integrum fore nexum, si verbum verbo reddideris, *omnem regionem circumjacentium*: pro *gawie* porro foret *gauje*, Genitiv. plur. τῶ *gawi*. v. Edit. BENZ. p. 180. De hac voce cfr. SCHERZ. ad OTFR. Evang. L. III. c. XIV. v. 148. it. WACHT. in v. *gau*.

*d)* J & ST. *frabunthanais*, quod Codici Mscr. & regulis Grammat. contrariatur. Etymon vocis, judice WACHTERO, est *benden*, capere, cui consentiunt Lat. *bendo*,

25. wesun in *dagam e)* 25. Erant in diebus Eliæ  
 heleiins in *israela. f)* in Israele; quando clau-  
 than galuknoda himins suru n est cœlum ad tres  
 du *jeram thrin. g)* annos.
27. thrutsfillai wesun uf 27. Leprosi erant sub E-  
*baileisaim b)* praufetau. lifæo propheta.
29. uskutun imma *ut us i)* 29. Ejecerunt eum ex  
 baurg. urbe.

31.

*prehenso*, nostrumque *honda*, *benta*, apud LOCEN-  
 in Lex. Jur. SueoGoth. Unde Germanis *bund*, capti-  
 vus, v. citati auctoris Glossar. Germ. p. 704. Anglis *to*  
*bunt*, venari & captare feras, & apud WILLERAM. *ver-*  
*bundeta*, captiva, cfr. HICKES. in Thesaur. Grammat.  
 Franco Theot. p. 18.

- e) Sic Codex & B. v. Luc. 1: 5. J. & ST. *in daga* in die,  
 ibid. v. 59.
- f) JUNIUS habet *in israel*. ST. & B. rectius. v. Annotat.  
 nostras ad Matth. 9: 31.
- g) Editi *du jeran thrin*, incommode, regit quippe *du*  
 casum tertium, qui in plural. numero semper exit in *m*.
- h) J. & ST. *baileisaim*, quod HICKESIUS corruptum censet  
 pro *baileisaima*, v. in Thesaur. Grammat. Anglos. &  
 MGoth. p. 81. Prævalet interim, quam ex Codice re-  
 stituimus, verior lectio, & B. adstipulatur.
- i) Editi *utun baurg*; nos autem rectius legimus *ut us ba-*  
*urg*, Sueth. *ut ur skaden. ut vel uta*, ἔξω, foras adver-  
 bium linguæ Gothicæ cum septentrionalibus Dialectis  
 commune, v. Glossar. JUNIANUMP. 379. Duplici mo-  
 do constituitur, vel separatim, v. gr. *us gaggands ut*, e-  
 gressus foras, Matth. 26: 75. *usidaja ut us ibizai ba-*  
*urg*, egressus est extra urbem, Marc. 11: 19. cfr. cap.  
 1: 45. 11: 4. Job. 11: 43. vel conjuncte, v. gr. *ut usiad-*  
*jedun*. Matth. 9: 32. cfr. Luc. 7: 12. Job. 9: 22.

- |   |   |
|---|---|
| 31. laisjands ( <i>ins k</i> ) in sab-<br>batim.                                  | 31. Docens eos in Sab-<br>batis.                        |
| 40. miththaneithan ( <i>sagqu l</i> )<br>sunno.                                   | 40. Quum autem occide-<br>rat sol.                      |
| ib. ithis ( <i>ainqbarjammeh m</i> )<br>ize handuns analag-<br>jands.             | ib. Verum is unicuique<br>eorum manus impo-<br>nens.    |
| 42. ei ni ( <i>aflitbi n</i> ) fairra<br>im.                                      | 42. Ne discederet ab<br>eis.                            |
| 43. wailamerjan ik ( <i>skal</i><br><i>bi thiudangardja o</i> ) goths.<br>Cap. V. | 43. Evangelizare me<br>oportet de regno Dei.<br>Cap. V. |
| 4. ( <i>brigg p</i> ) ana diupitha.   | 4. Duc in altum, & de-<br>jah                           |

*k*) Vocem omittit JUNIUS; admittit vero Codex Argent.  
& sic probe ST. & R.

*l*) ST. & J. legunt *sagu*, quod obelo notari debet. v. Part.  
Prim. p. 8. not. o.

*m*) Est casus tertius a primo *ainqbarjis*, unus quisque,  
Sueth. *en hwar*, cfr. Luc. 19: 26. Perperam igitur J. &  
ST: *ainqbarjaneh*. B. emendate,

*n*) J. & ST. *galaitb*, bene omnino quoties respicitur modus  
Indicativus; atqui *ei*, particula præcedens, requirit Con-  
junctivum *galitbi* vel, quod h. l. Codicis prostat, *aflitbi* ab  
*af*, ἀπό, ab, & *leithan*, quod vide Part. Pr. p. 6. not. *f*.

*o*) J. & ST. legunt *ik skalda thiudangardja*, & sic qui-  
dem pro r. person. futuri, quæ hujus est loci, exhi-  
bent. primam personam præteriti. cfr. Joh. 9: 4. &  
EDW. LYE in Grammat. Gothica p. L. quin etiam, re-  
clamante Codice, excludant præpositionem *bi*, πρὸς, de,  
B. utrumque emendat.

*p*) ST. habet *bring*, nec non infra v. 14. *gang* pro *brigg* &  
*gagg*, ut apud J. & B.



- jah *athabid* q) tho natja mittite retia vestra.  
izwara.
5. waiht ni *nemum*. r) 5. Nihil cepimus.
7. jah *bandwidedun* s) ga- 7. Et innuerunt fociis, qui  
manam *thoei* t) welun erant in altera navicula.  
in antharamma skipa.
10. sununs *zaibaidaius*. v) 10. Filii Zebedæi, qui  
*thaei* x) welun ga- erant confortes Simo-  
dailans seimona. nis.

## P

13.

- q) Sic Codex & B. recte, est enim ab *Infinīt. atbaban*, in altum mittere, suspendere, extollere, cfr. *habaida*, Luc. 19: 48. affine est, ni fallor, *baujan*, de quo supra cap. 1: 32. not. p. J. & ST. *athabid*.
- r) ST. *nemum*. Repugnat formæ i. perf. pluralis, utpote quæ semper terminatur in *m*, & sic Codex Argent. J. & B. v. Part. Prim. p. 18. not. y.
- s) Ab infinitiv. *bandwjan*, unde *bandwon*, Marc. 14: 44. Island. *benda*; innuere, & *bending*, nutus, apud VEREL. in Indice. Huc pertinet *band*, quod perantiquo usu notavit *signum eminens*, præsertim *vexillum*, unde vocabula Longobardis, ac deinceps Gallis, Italis & Germanis usitata, *bander*, *banderesius*, pro vexillifero: v. LÆSCHER. Literat. Celt. p. 84. & illustr. LEIBNIT. Collect. Etymolog. Part. II. p. 92.
- t) Sic certe codex, quod, salvis regulis, stare nequit; est enim *thoei*, idem ac *thatei* vel *thoei*, quod, quæ, ceu docent Grammatici: neque cum editis legendum *thaei*, v. Part. Prim. Matth. 11: 8. Marc. 4: 16. Tutius ergo *thaei*, qui, vide infra vers. 10. 17. 29. & alibi.
- v) JUNIUS: *zabaidaius*, Gr. *Σεβεδαιου*. v. Part. Prim. p. 14. not. b. ST. & B. bene.
- x) Editi *thaei*, existimaverim autem, sensui convenienti-

13. thaea threutsfill aflaiçh af y) imma. 13. Lepra abiit ab eo.
- 14 jah is z) faurbaud imma. 14. Et is præcepit ei.
15. jah garunnun hiuhmans managai hausjon. a) jah leikinon fram imma lauhce seinai zo. b) 15. Et conveniebant homines multi auditum, & ut sanarentur ab illo a morbis suis.
17. thaei c) J. & ST. thaei. 17. Qui.
18. jah galagidedeina d) in andwairthja is. 18. Et ponerent in conspectu ejus.

19.

tius esse thaei d), & sic omnino Codex Argenteus & Græci.

- y) ST. præterit af, J. & B. probe observant. v. Luc. 9: 37. & passim.
- z) ST. iterum, & J. ingratiis Codicis nostri vocem extrudunt a Rev. BENZELIO restitutam.
- a) Editi hausjan, idem. Utrumque usus approbat. cfr. Marc. 4: 33. Joh. 6: 60. quin etiam Luc. 15: 1. Joh. 9: 17. Manifestam affinitatem, permutatione, qua nihil in ore vulgi est frequentius, literarum r & s, produnt Anglosax. hyran, gebyran, Franc. & Alam. horen, giboren, boorran, Sueth. hõra: ab auto, auris. Vide Specimen Gloss. Ulph. I. p. 8. & WACHT. Gloss. Germ. v. obr.
- b) ST. seinazo, vitio, quod sæpius illi contigit, typographi.
- c) Sic B. Vide quæ nuper notavimus ad eandem vocem.
- d) J. & ST. galagidedeina, idem. Utrumque, nisi fallor, optimæ notæ, & 3 pers. plural. Præterit. Subjunct. 3 galagjan, ponere, ut infra, cap. 6: 11. rawidedeina, 2

19. *gasatidedun e*) inamith thamma badja in *mid-  
jaim. f*)
20. *afleitandag*) thus fra- P 2 20. Remittuntur tibi pec-  
waur.

*taujan*, facere, & Joh. 18: 36. *usdaudedideina*, ab *usdaudedjan*, sollicitè curam agere; exempla vero in contrarium frequenter occurrunt, ut: *sokidedeina*, *fastaidedeina*, *salbodedeina*, &c.

e) Citra assensum Codicis J. & ST. legunt *gasandidedun*, miserunt; Textus autem Græcus καθήκων habet, adeoque rectè interpres noster *gasatidedun*, a *gasatjan*, ponere, collocare, Sueth. *setta*. B. Idem monet.

f) Editi in *midjain*, quod explodit Ulphilas, & nobiscum facit, ceu videre est cap. 2: 46. 4: 35. 6: 8. In usu ceteroquin est in *midumai*, in medium, Marc. 3: 3. Luc. 8: 7. 10: 3. unde Anglos. *on myddan*, Alam. *in mittan*, Sueth. *midt uti*. Convenit etiam Græc. μέσων, & Lat. *medium*. Cuncta autem deducenda arbitrator a *mith*, inter, Marc. 7: 31. 9: 50. pro quo in compositis occurrit *mid*, Luc. 7: 11. nam hæc particula, judice WACHTERO Lib. cit. p. 1085. quando naturam induit substantivi, significat id, quod inter duo vel plura extrema æqualiter vel inæqualiter locatum est. Hinc nostratibus *medel*, medium, *medlare*, mediator, *medja* & *midja*, medium corporis, & porro, notione composita, *middag*. meridies, *midnatt*, nox media, *midsonnar*, medium æstatis, *midwinter*, medium hiemis, &c. v. VEREL. Ind. p. 173. Quin etiam huc referri potest Ulphil. *midjungard*, locus in universo medius, orbis terrarum, Luc. 2: 1. & *midjašweipais*, orbis obvolutio, diluvium, Luc. 17: 27.

g) J. & ST. *afletanda*, quod tamen eodem sensu occur-

- |  |  |
|--|--|
| waurh'eis theinos.   | cara tua.  |
| 21. fareis/aeis. b) J. farei-<br>faeis.                                | 21. Pharisaei.   |
| 22. qha bithagkeith in<br>hairtam izwaraim. i)                         | 22. Quid cogitatis in cor-<br>dibus vestris?                 |
| 23. czetizo. k) Editi, azei-<br>tizo.                                  | 23. Facilius.  |
| 24. ith chaneî witeid l) tha-<br>rei waldufni babaidm)<br>sa n) lunus. | 24. Ut autem sciatis, quod<br>potestatem habeat fi-<br>lius. |
| 28. usstandands iddja o)<br>afar imma.                                 | 28. Exturgens ibat pone<br>illum.                            |

29.

rit infra v. 23. cfr. Matth. 9: 2. 5. Recte igitur legimus  
vel *afletan* vel *afleitau*, remittere. v. STERN. in voce.

b) Ita ST. & B. nec aliter fert constans in Codice scri-  
ptura.

i) J. & ST. in *hairthan izwaramma*, quæ male cohærent;  
meliora autem, quemadmodum restituiimus, docent  
Codex & B.

k) Sic. v. Matth. 9: 5. Marc. 2: 9. Luc. 16: 17. Habemus  
etiam, quamvis rarissime, *azitizo*, idem Marc. 10:  
25. De origine vocis, quid dicam, nescio; legi in-  
terim merentur, quæ ad eandem diligenter annotavit  
JUNIUS in Glossar. Goth. p. 77.

l) J. & ST. *witeith*, utrumque in usu, prout adductis  
exemplis antea probavimus.

m) Idem legunt *babaitb*, cujus eadem est ratio, quæ  
præcedentis, v. supra cap. 1: 32. not. q.

n) J. & ST. rejiciunt articulum, quem rectius B. as-  
sensu Codicis, retinet.

o) In margine legitur *laistida*, quod unum idemque so-

29. *thai* p) Editi, thatei. 29. Qui.  
 33. *lamaleiko jah farei-* 33. Similiter ac Pharisaei.  
*saiei. q)*  
 34. *tharuh is quath r)* du 34. At ille dixit eis.  
 im.  
 ib. unte *sa bruthfads s)* ib. Quamdiu sponfus cum  
 miht

nat ac *gaggida*, vel *iddja*, quod est præteritum, ni fallor, irregulare verbi *gaggan*, ire.

p) Sic recte Codex. Diximus nuper in notis ad v. huius capituli 10.

q) B. habet *fareisaieis*, & quidem optime: aliam vero, quam quæ exhibemus, lectionem hoc in loco non præfert Codex Argenteus, eamque facile emendamus, vel addendo *s*, ut Rev. BENZELIUS, v. Marc. 2: 18. vel auferendo *i* finale & legendo: *thai fareisaie*, subaudit *sponjos*, Græc. *οἱ τῶν Φαρισαίων*: eaque Græcissandi consuetudine, nulla Auctori nostro est familiarior. cfr. EDV. LYE in Gram. Goth. p. LXII.

r) Editi habent *tharub iaijus quath*, & Gothum putant legisse cum Codd. Cantabr. Colbert. 8. Leicestrens. &c. *ō ðe inoçūs eizs*. vid. Edit. MILLIAN. p. m. 138. habet vero noster *is*, ille, nec lineolam invenimus, quæ voci superinduci deberet, juxta observationes nostras P. Pr. Marc. 1: 45, si, quod volunt editores, admitteret Codex.

s) B. in notis ad hunc locum legit *bruthfaths*, quod, cum promiscue ponantur literæ *d* & *th*, ut sæpius monuimus, perinde est. v. Matth. 9: 15. Est enim a *bruth*, nurus, Math. 10: 35. Unde Gallis *bru*, femme du fils; proprie vero in composit. *sponsam* denotat, idemque ac Anglos. *bryd*, Belg. *Bruid*, Angl. *bride*, Sueth. & Island. *brud*, Franc. & Alam. *brut* vel *prutha*, T.

mith im *ist.* 1) illis est.  
 36. *quarhub than v)* jah 36. Dicebat autem & pa-  
 ga-

TIAN. 21: 6. NOTKER. Psalm. 21: 21. & *fads* vel *fatbs*, quod significat aut *rei totius*, seu *negotii procurationem & curam*, aut *ornatorem*, descenditque a prisco quodam verbo, respondente ASaxonico *fadian*, ordinare, dispensare, disponere, ceu ex JUNIO observat HICKESIUS in Thesaur. Gram. Franco Theot. p. 99. vel etiam *ornare*, quia moribus antiquis dotem & ornamenta nuptialia non sponsa viro, ut hodie, sed vir sponsæ offerebat, prout ex TACITO docet WACHTERUS in Glossar. German. p. 202. Accedit autem opinioni HICKESIANÆ, quemadmodum ipse monet loco citato, quod Orcadum præpositus, quæ Danorum olim imperio subjectæ erant, *faud* vel *faad* dicatur, & in legibus Barbaris urbium & regionum præfecti, qui e ministris Imperatorum & Principum eligi solebant, *thiufadi* appellentur, quasi *thiufadi*, i. e. *οὐ δεχοῦντες*, vel rectius, populi duces ab Isl. *þiod*, gens, populus, *fads* in *fadus* verso. Adde ex Dissertatione ejus Epistolari, p. 153. quod magistratus tam civilis, quam castrensis apud exteros VestroGothos vocatus sit *thyuphadus*, Hisp. *thiuphædus*: nec non ex Ulphila, cui *bundafatbs*, centurio Matth. 8: 5. *thiufundifatbs*, chiliarcha Joh. 18: 12. *synagogafads*, præfectus Synagogæ Marc. 5: 38. ut adeo *bruthfads* vi vocis notet *sponsæ præpositum & curatorem*.

- t) J. & ST. *is*, *es*, pro *ist*, est, quod B. urgente sensu & Codice, emendavit.
- v) Ita divisim legimus cum J. & B. v. Matth. 5: 31. Part. Pri. p. 2. not. *b.* & quæ de *uh* vel *u* euphonico uberius differit Cel. D. PRÆSES in Specimine Gloss. Ulph. I. p. 11. Hisque porro subjicimus observationes HICKE-

- gajukon dulim. thatei  
ainshun *flu x*) Inagins  
niujis ni lagjid.
- ib. *aithbau. y*) ST. aih-  
thau.
39. jah ainshun driggan-  
dane *fairni*. ni sunswili  
jugg. *quithib*\*) auk tha-  
ra *fairnjo z*) batizo ist.
- rabolam illis, quod ne-  
mo plagulam vestis no-  
væ imponat.
- ib. Alioquin.
39. Et nemo bibentium  
vetus, statim vellet  
novum, dicet enim  
vetus melius est.

Cap.

- SIT de *u* & *o* paragogico, quibus apud Francos voces  
producuntur. cfr. Thesaur. Gram. FrancoTheot. p. 9.
- x) Locus lectu difficilis, ideoque non imputandum J.  
& ST. quod similitudine elementorum ducti legant  
*naat*, pro *plat*, plagula, assumentum, Sueth. *plät*,  
quod tamen nostratibus non nisi de laminis, quæ ex  
metallis conficiuntur, usurpatur, ut: *plata*, thorax  
ferreus, *platari*, *harniskmakare* apud VEREL. in judi-  
ce. Francis vero Helvet. & Svevis *blezzo* & *blez* no-  
tat assumentum, frustum & fragmentum panni corii-  
que: unde *blezen*, suere, farcire. &c. v. SCHILT. Gloss.  
Teut. pag. 120.
- y) Recte J. & B. v. infra v. 37. 14: 12. 18: 29.
- \*) J. vitio operarum, *quith* pro *quithib*, a *quithan*, Sueth.  
*quæda*, cujus duplex significatio, qua Ulphilæ notat  
idem quod *dicere*, *loqui*, nostratibus hodie *cantare*,  
linguarum studiosis observari meretur: idque eo ma-  
gis, quod voces eadem ratione originis & soni, sua  
vero natura, locorum & temporum intervallis muta-  
tæ, atque adeo ratione significatus diversæ, occur-  
runt sæpius. Dictis fidem fecimus in observationibus  
ad cap. 1: v. 38.
- z) Sic Codex Argent. &, si quid judico, recte; nam ad-

## Cap. VI.

11. qha *tawidideina* a) thamma iailua.  
 12. usiddja *iaifus* b) in fa-irguni bidjan. jah was naht *thairwakands*. c)  
 13. jah gawaljandsus *im d)* twalib:

## Cap. VI.

11. Quid facerent Jesu.  
 12. Abiit Jesus in montem precatum, & fuit pernoctans.  
 13. Et eligens ex illis duodecim.

17.

jectiva emphatice & demonstrative posita a velo prostheticum adsciscunt. v. EDV. LYE Gram. Goth. p. XLIV. Supra legitur *fairni*, quod observavit & restituit BENZ. hic autem retinet *fairni*, quod J & ST. habent utrobique. Præterea vox dialectis Gothicis perfrequens; inde quippe *forn*, *fornit*, antiquus, priscum, *fornwinur*, amicus veteranus, *fyrnska*, vetustas. VEREL. in Indice. Anglos. *fyrn*, *fyrnic*, anteaetus, antiquus. Helsingis hodieque *fornas* idem est quod *fyrnas*, obsolescere, veterascere. Germ. *firn*, vetus &c. cfr. STIERNH, Gloss. Goth. p. 40.

- a) J. & ST. *tawidedefna*. Diximus supra v. 18. Cap. 5.  
 b) Editi *is*, v. Part. Pr. p. 25. not. x. Sed lineola transversa h. l. luculenter apparet, ideoque suam Codici lectionem, haud inconvenientem, abjudicare nolimus.  
 c) Editi rectius legunt *thairwakands*, a *thairb*, *die*, per, Luc. 4: 30. 5: 5. & *wakan*, vigilare, Sueth. *waka*: unde *wahs* vigilia, Sueth. *wak*, *wakning*, idem: item *wakt*, custodia, *wakta*, custodire, *waktare*, custos, & Latino-Barbar. *wactæ*, cfr. Glossar. German. p. 1799. Cuncta mihi proxime deducuntur a nostro *wakna*, expergisci; hoc autem a *wakjan*, excitare, expergisci, quod superest in *uswakjan*, Joh. 1: 11. Sueth. *wacka*,  
 d) J. & ST. *us in*, quod merito exulare jussit Rev. BENZELIUS.



17. jah atgaggands e) 17. Et descendens:  
dalath.
20. jah is ushafjands au- 20. Et is attollens ocu-  
gona seinu du sifonjam los tuos in discipulos  
seinaim f) quath. auda- suos, dixit: Beati vos  
gai jus unledans abmin.g) pauperes spiritu.
21. audagai jus gretandans 21. Beati vos flentes nunc,  
nu. unte ushlohjanda. \*) quia ridebitis.
22. audagai sijuth than 22. Beati eritis, quando  
fijand b) izwis mans. oderint vos homines.
23. faginod in jainamma 23. Gaudete illo die, &  
daga. jah laikid. i) exultate.

## Q

ib.

e) Editi recte *usgaggands*. Codex noster geminatam habet syllabam penultimam.

f) J. & ST. perperam *du sifonje seinai*, quod B. rejicit, & pro suo acumine supplet *du sifonje seinaiize*; neutrum vero Codex agnoscit, ut qui rarissime casui Genitiv. conjungit præpositionem *du*, sæpissime autem Dativo v. Edit. BENZ. p. 198.

g) J. & ST. omittunt *abmin*, ejusque in locum sufficiunt particulam *nu*, cujus nec volam neque vestigium in Cod. Arg. reperio.

\*) Quid defectus observatum fuerit JUNIO, eumque sequenti ST. quorum uterque ad finem hujus comnatis lacunæ indicia apponit, non equidem percipio: integer certe est locus Codicis, quin etiam sensus cum editis communis; quare nihil deesse significat Edit. BENZELIANA.

b) Sic, non *fijand*, ut J. & ST. v. Part. Pr. p. 3. not. n.

i) Editi *laikod*, quod respuimus. *laikan*, exultare, cujus præterit. formatur more Græcorum per augmen-

- ib. *praufetum*. k) Edit. ib. Prophetis.  
*praufetun*.
24. unte *ju* l) habaid *ga-* 24. Quia nunc habetis. - -  
*tblaibt*. m)
25. wai izwis *jus* (*sadans* n) 25. Vae vobis, vos fatu-  
 nu. rari nunc.

27.

---

tum syllabicum *tailark*; Luc. 1:41.44. Ill. *leika*, Anglosax. *lacan*, Sueth. *leka*, idem, Fennon. *leicki*, ludus, jocus. Hinc STIERNHELMIO deducitur obsoletum *lacka*, currere, unde porro, nescio quam vere, *Lacquais*, Ital. *Lacajo*, servus ad pedes, pedissequus. cfr. SPFG. Gloss. SueoGoth. p. 595. item WACHTER. in voce *Lakei*.

k) Ita, v. infrav. 26. *galiugapraufetum*. Nos alioquin non fugit, esse permutationem literarum *m* & *n*, in motione nominum tam substantivorum, quam adjectivorum, Ulphilæ familiarem, qua de v. HICKES. in Thef. Gram. ASax. & MGoth. p. m. 81. mutatio autem illa scripturam atque *diakriow* mere arbitrariam non patitur.

l) J. & ST. *ni*, *ætri*, *vör*; *ju*, *jutban* respondet Græc. *ἴδιον*, Franc. *giu*, *gio*, idem, cfr. HICKES. Lib. cit. & Gram. FrancoTheot. p. 76.

m) Diffonas editorum lectiones observat, iisque veriorum esse, quam nos tradimus, docet Cel. D. PRÆSES in Proœmio sæpius laudato. De vocis propria significatione, vide quæ acutissime, ut solet, affert Rev. PENZ. in nupera editione p. 199.

n) ST. *sandans*, rectius autem in Glossar. *sad*, satur, Ill. *saddur*, Ang. Bor. *sadd*, *sed*, satio, *sadde*, satiavi, & porro Goth. *sad itan*, saturare se, *sath itan*, idem, Luc. 16: 21. *sad wairthan* saturari, *gasothjan*, fatu-

27. wailataujaid thaim fi- 27. Bene facite inimi-  
 jandam. o) cis.  
 34. fram thaim ei. p) Edit. 34. A quibus.  
 thammaei.  
 35. gods ist thaim unfa. 35. Benignus est ingra-  
 gram. q) tis.  
 36. swa swe r) jah atta 36. Sicut etiam pater ve-  
 izwar. s) ster.  
 39. quathub than t) gaju- 39. Dixit autem parabo-  
 kon im. \*) lam eis.  
 40. ith gamanwids v) 40. Sed præparatus quis-  
 Q 2 qhar-

rare. Ang. *i am fadad*, repletus sum. cfr. RUN. JONÆ Dictionar. Island. in Thes. HICKESIANO, p. 86. & RUDBECK. Specimen Usus Ling. Gothic. p. 157.

o) Codex in margine habet *batjandam*, odio prosequentibus. Matth. 5: 44.

p) Est Dativ. plural. articuli *ja, so, thata*, qui syllabica particula *ei* productus, vice fungitur relativi, v. EDW. LYE Gram. Goth. p. XLV. Legit ideoque interpres  $\pi\alpha\rho' \dot{\epsilon}\nu$ , non  $\pi\alpha\rho' \epsilon\nu$ . v. Edit. BENZ. p. 201.

q) J. & ST. *unfairam*, & sic etiam in Glossariis; sed corrupte. Vox enim est composita ab *un* & *fagr*, idoneus, utilis, appositus, quod vide.

r) Sic editi, bene. C. Arg. *swa we*. v. Part. Pr. p. 41. not. q.

s) J. & ST. *atta izwara*: æque infulsa constructio, ac si latine diceres *pater vestra*.

t) ST. *quath ubtan*. v. supra v. 36. Cap. 5.

\*) J. & ST. *in*, quod nuper expunximus, v. 13.

v) Editi *gaustawiane manwids*, quod per *tmelin*, figuram Gothicis non infrequentem, explicare annititur Rev.

- |  |   |
|--|---|
| qharjizuh wairthai swe<br>lailaris is.                     | que erit sicut magi-<br>ster ejus.          |
| 41. ith anza in theinam-<br>ma augin ni <i>gaumeis. x)</i> | 41. Sed trabem in tuo o-<br>culo non vides. |
| 44. nihthan us aiqhatund-<br>jai <i>trudanda *) weina.</i> | 44. Non enim e rubo<br>calcantur uvæ.       |

*bas.*

BENZ. in observationibus ad hunc locum p. 202. alii aliter, cfr. MARESCHAL. Annot. p. 454. Est vero locus, quod pace tantorum virorum dicam, duplici nomine corruptus: etenim 1.) lectio marginalis in textum ab Editoribus inseritur, prout antea in Præfatione Part. I. observatum est: 2.) Si marginem Cod. Argent. oculis acriter intuemur, pro *ustaujane* vel *ustaubans*, legitur *ustaubans*, vocabulum cujus veram originem & propriam significationem acutioribus extricandam relinquimus: si modo extricari queat, nec potius credere fas sit, errore amanuensis, factum fuisse, ut pro *h* litera *b* pingeretur. *ustaubans* certe ad genium linguæ M. Gothicæ respondet Latino *consumatus*, v. Joh. 17: 23. atque adeo æquipollet fere τῶ *gamanwids* instructus, præparatus, perfectus; a *manwjan*, de quo vide Præfationem Specim. Gloss. Ulph. I. præmissam p. 9.

x) J. & ST. *gaunjeis*. B. recte, & sic supra.

\*) Codd. Græc. συλλέγουσι, item ἐκλέγονται. Monet EDW. LYE in Observ. ad h. l. *trudanda* poni pro *truganda* α τρυγῶν, vindemiare: at Rev. BENZ. dum vertit *calcantur*, respectum habuit ad Goth. *trudan*, quod, æque ac nostrum *trāda*, Germ. *tretten*, significat omnes pedum motus, qui vel *incedendo* vel *calcando* fiunt, oriturque a Celtico *trud*, pes. v. WACHTER. in voce, item JUNIUS in Gloss. & MARESCHALL. observat. p. 454.

- basja. y)*  
 48. at *garunjon* z) than 48. Inundatione autem  
 waurthanai. *bistagqu* a) facta, irruebat aqua,  
 aqha.  
 ibid *ana* b) thamma staina. ibid. Super petram.  
 49. tharei *bistagqu* c) flo- 49. In quam irruebat flu-  
 dus. d) men.

Cap.

- y) J. & ST. *weinabasian*: *n* finale sustulit B. & docet Nominat. singul. fore *weinabasi*, neutr. propterea que nulum habere casum regulariter exeuntem in *n*. Ab hac voce porro deducit Batav. *weinbesye*; nostrumque *winner*, consueta mutatione *r* & *s*. cfr. WACHT. in Gloss. Germ. p. 149.
- z) J. *atarunjan* ST. & B. *atgarunjan* est autem casus rectus *garunjo*, femin. inundatio cujus Dativ. vel Ablativ. ex analogia erit *garunjon*, ut: *gajukon*, Marc. 4: 30. *brinnon* Luc. 4: 38. &c. Refer ad *rinman*, fluere. manare.
- a) Sic recte B. exhibent vero J. & ST. vocem hanc fere semper corruptam & h. l. *bislagun*, est enim a *bi* & *stigquan*, quod supra habuimus. Cap. 4: 11. not. a.
- b) Emendavit B. J. & ST. *and*, quod casum quartum postulat, *thamma staina* vero est Dativ. & Ablativ. Matth. 27: 60. Marc. 4: 16. & passim.
- c) J. & ST. rursus *bislagun*, quod nuperrime rejecimus.
- d) Editi *aqbaslodus*; *aqba* vero in margine, *flodus* in textu Codicis reperitur: ideoque, quum voces æquipollentes sint v. Matth. 7: 25. 27. nihil mihi videor Codici argenteo detraxisse, si alterutram ad exprimendam interpretis mentem tantummodo retinuerit. *flodus*, flumen, fluxus aquarum, in dialectos tantum non omnes permanavit. v. J. & ST. in Glossariis: descendit, iudice SKINNERO, a Lat. *fluere*, *fluitare*; regerit vero, si quid

## Cap. VII

## Cap. VII.

2. hundafade than sumis 2. Centurionis autem cu-  
 skalks siukands *swulta* jusdam servus æger  
*wairthja. e)* moribundus erat.
4. wairths ist thammei 4. Dignus est cui præ-  
*fragibis f)* thata. beas hoc.

6.

judico, optime WACHTERUS: neutiquam verisimile esse gentibus boreæ vocabulum ante bella cum Romanis gesta ignotum fuisse, cfr. Gloss. Germ. p. 459. Idem de Goth. *aqba* dicendum, cujus, ut suspicatur Vossius in Etymol. fons nec in Hellade, nec in Latio existit; sed in lingua Gothica vel, si placet, Saxonica, uti jam modo laudatus WACHTERUS, Lib. cit. p. 9. erudite observat. cfr. Specim. Gloss. Ulph. II. p. 38.

e) Sic Codex Argent. Editi *swulta wairthid*, usitatus. *Swulta* deducimus a *swiltan*, mori; hoc autem a *saiwala*, eadem, ni fallor, ratione, ac a *sjæl*, *sjelas*, & ab *anda* Island *andas*, exspirare. cfr. interim JUNIUS in v. & HICKES. in Thes. & Diff. Epistol. p. 155. nec non *uzon* Marc. 15: 37.

f) Editi *framdis*, unde J. & ST. item WACHT. in Glossariis effingunt verbum quoddam *framban*, affine ASaxonico *fremian* & Alaman. *fremen*, facere, efficere &c. sed eos lectio vitiosa in istam conjecturam impulit. Spectat vox, quam minima mutatione Codici reddidimus, ad *giban* vel *gisan*, quod videtur in *fragifan* apud JUN. in Glossario p. 165. Obiter moneo, particulam *fra* Ulphilæ usitatissimam, præfici verbis, non modo ad destruendam, ut antea observavimus, verum etiam ad augendam significationem simplicium, ut: in *fragildan*, *fraliusan*, *fraletan*, aliisque id genus. cfr. HICKES. in Gram. Franco Theot. p. m, 95.

6. ich iaitus iddjah mith 6. Jesus autem ibat cum  
*im. g)* illis.  
 ibid. quithands *(duimma' b)* ibid. Dicens ei: Domi-  
 fan, ne.  
 11. iddjain baurg namai- 11. Ibat in urbem vo-  
 da *naen. i)* catam Nain.  
 12. jah *managei. k)* thi- 12. Et turba hujus ur-  
 zos baurgs *ganoba* mith bis multa cum ea.  
 izai.  
 14. jah duatgaggands at- 14. Et accedens tetigit  
 taitok *qbilfrjom. l)* loculum.

15.

- g)* J. & ST. *in.* sapius idem vitium emendavimus.  
*b)* ST. & B. probe restituunt has voces, quibus caret e-  
 ditio JUNIANA.  
*d)* Bene editi In Codice pro *naen* occurrit *maen*, vitio  
 forte operarum. Varie etiam efferunt Codd. Græc. hanc  
 vocem prout observatum videbis in Edit. MILLIANA p.  
 m. 143.  
*k)* J. & ST. *manogai*, sed, hoc stante, foret etiam mox  
*ganobai*, ut, more suo, optime docet B. sed neutrum  
 habet Codex.  
*l)* Vertimus *loculum*. Non tamen dissimulamus, incer-  
 tum esse, utrum *arcam funebrem* intelligat Ulphilas,  
 an vero *feretrum*: forsân, auctore BENZELIO, utitur  
 voce ex moribus suorum mutuata, id est, quod non  
 loculis incluserint, sed cadavera fasciis involuta, ru-  
 dibusque sive perticis suspensa per loca montana extule-  
 rint. Unde hodieque vulgus nostrum Gothicum de  
 inhumato, *han ligger på slång*, perticæ impositus est.  
 cfr. Nuper Edit. p. 207. Vide interim, annon conci-  
 nant nostrum *hvalt*, sepulcrum, apud JÖRANSSON, in Bau-  
 til, n. 938. *Reginmot let gera hvalt iðr Gunbar Esbeor-*

15. jah *dugann m)* rodjan. 15. Et coepit loqui.  
 16. jah *mikilidedun n)* goth 16. Et magnificarunt  
*quitbandans. o)* Deum dicentes.  
 ib. gaweifoda goth mana- ib. Visitavit Deus popu-  
*geins seinazos. p)* lum suum.  
 20. thau antharanu ven- 20. An alium exspecte-  
*jaina. q)* mus?

21.

---

*nars son, &c. i. e. Reginmotus construi fecit sepulcrum Gunharo Esbeornari filio: & n. 942. Oler Shtaldolfs son let gera hvalf thenna ifir Gunnuru: felaga sin goda, &c. i. e. Olaus Shtaldolfs filius construi fecit sepulcrum hoc Gunnaro, amico suo bono.*

- m)* ST. *dugan. B. & J. rectius cum n geminato. Matth. II: 7. 20. Præterea v. JUNIUS in voce duginman.*
- n)* Parum quidem refert; sed observo tamen editos habere *mikilidedun. Matth. 9: 8. Luc, 5: 26. a mikils, magnus, Sueth. mykla, Esai. 63. 7. quod Nob. STIERNHIELMIUS non incommode derivat a mogan, posse; quippe quum, quoquo modo æstimetur magnum, quantitate, vel qualitate, a potentia magnitudinem suam habeat. v. WACHT. Gloss. p. 1077.*
- o)* Editi bene. C. Arg. *quitbandas: Gothus ut videtur, compendiofo scribendi genere usus, lineolam illam, notam rē n, syllabæ ultimæ superinducere neglexit.*
- p)* ST. errore typhotetæ, *seinazos.*
- q)* Iterum ST. perperam *wenjaina. J. & B. Codicem sequuntur. Duplex hujus vocis significatio est observanda apud Ulphilam; notat enim vel putare, existimare, arbitrari, v. antea cap. 3: 15. & infra v. 43. vel etiam sperare, exspectare, v. supra v. 19. & passim: atque hac notione congruit *wenjan Alamannico uuanen, nostroque wanas, sperare, & wān, spes, ut vulgò dicitur, tbet**



21. gahailida managans af 21. Sanabat multos a mor-  
 fauhtim jah slahim. jah bis & plagis, & (affe-  
 abmane ubilaize. r) ctos) Spiritibus malis.  
 24. at galeithbandam s) than 24. Abeuntibus autem  
 thaim airum iohannes. nuntiis Johannis.  
 25. sai thai in wastjom 25. Ecce qui amictu splen-

R

wult-

*er ingen wän*, nulla est spes: & in Auctoribus pri-  
 fcis, teste VERELIO, *wana dis*, spei Deus, *wana di-  
 la*, spei Dea: nec non in Konunga Styrilse p. 8. *wan-  
 buxa* vel *wänbuxa*, sperando meditari. cfr. porro JU-  
 NIUS in v. item Glossar. SCHILTER. p. 833. Cur autem  
 vox ab intellectu ad voluntatem relata sit, docebit  
 WACHTERUS Libr. citat. p. 1819.

r) Sic recte J. quin etiam Rev. BENZ. quamvis, propter  
 præpositionem *af*, quæ Ablativo, ut heic in præce-  
 dentibus *fauhtim* & *slahim* assidue jungitur, dubitet,  
 an jure reponi queat *abmam ubilaim*? Eademque, ni  
 fallor, conjectura in mentem venit STIERNHELMIO,  
 qui pro *abmane ubilaize* legere maluit *abmanum*, quod  
 tamen, si addiderim simul, omisisse eum vocem sequen-  
 tem *ubilaim*, non modo corruptum; sed regulis etiam,  
 quas diligenter sibi observare videtur, contrarium est.  
 Nos nihilo minus retinemus hanc Syntaxin, quippe  
 quæ aliis e Codice exemplis confirmatur cfr. Luc. 8. 2.

s) J. *at galeithbandam*. ST. & B. recte. Ceteroquin notan-  
 dum, particulam *at*, præterquam quod præpositioni-  
 bus adnumeretur, v. Part. Pr. Math. 27: 1. idem quan-  
 doque valere ac Isl. *at*, ut: *at slitnum bondum*, ruptis  
 vinculis, & A. Sax. *et*, ut: *the gyrneth busles et or-  
 venum life*, qui, vita desperata, petit eucharistiam. v.  
 EDW. LYE ad h. l. Edit, BENZ. p. 209.

- wulthagaim t)* jah fodei- dido & victu utun-  
 nai wifandans *in thiudangardjom v)* sind. tur in regis ædibus  
 sunt.
26. *jai x)* quitha izwis. 26. Immo dico vobis,  
 28. maiza *in baurim y)* quinono praufetus io- 28. Major inter natos  
 hanne thamma daup- mulierum propheta Jo-  
 jandin ainshun *nist. z)* hanne baptista nemo  
 est.
29. jah alla managei *ga- 29. Et omnis populus*  
*hausjandei. a)* jah mo- audiens (hæc) & pu-  
 tarjos *garaihtana domi- blicani justum judica-*  
*dedun gotb. b)* verunt Deum.

30.

- t) Editi *wulthanaim*; sed falli eos docet adhuc Codex noster Cap. 5: v. 26. *gasaiqham wulthaga bimma daga*, vidimus gloriosa vel splendida hodie: a *wulthbus*, gloria, fulgor. cfr. P. Pr. Marc. 9: 3.
- v) J. & St. *thiudangardja*. B. *in thiudangardjan*; neutrum infistit vestigiis Gothicis. St. legit etiam cap. 18: 16. *thiudangardo* pro *thiudangardi*, quod ex Codice restituumus. De voce satis dictum est, P. P. Matth. 6: 13.
- x) J & St. *jah*. v. P. P. Matth. 11: 9.
- y) Sic B. probe Matth. 11: 11. J. & St. *in bauran*, quod pro scribentis vel correctoris errore habeo.
- z) Editi *ni ist*; hoc autem usus veterum non raro in unum coëgit. v. antea cap. 1: 37.
- a) J. & St. *gabausjandans*, audientes, quod regulis refragari, nemo non videt. B. idem monet.
- b) Sic affirmante C. Arg. & B. explevimus, quod editis deest. Præterea eundem loquendi modum hic obfero, ac infra Cap. 10: 29. & 16: 15. (unde haud temere concludo, Gothos, caruisse verbo respondente Gr. *ἀντιλογία*. De *domjan* v. J. & St. in Glossariis,

30. runa goths *frajetbun* and *sik. c)* 30. Consilium Dei impro-  
barunt de se.
31. \*) *qhe nu galeiko. &c.* 31. Cui ergo assimilabo.
32. *swiglodedum d)* izwis. 32. Tibiis canebamus vo-  
jah ni plinsideduth. *gau-*  
*nodedum e)* izwis. bis, & non saltastis: la-  
mentabamur vobis.

R 2

34.

c) Eadem est ratio hujus loci, v. J. & ST. In *frajetbun*, quod est a *fra*, de quo paullo antea egimus, & *jetban*, probare, vovere, reperimus illud *gæta*, quod hodieque usurpatur in dialectis Gothicis, significatione prædicendi, approbandi, laudandi &c. unde *gæten man*, vir celebris, laudatus, cfr. Edit. BENZ. p. 211. item SPegel in Gloss. v. *jæta*, ibi vero obiter notandum, pati Reverendiss. Auctorem aliquid humani, dum *jap than*, *νὰν δὲ*, quin &, apud Ulphilam Joh. 15: 27. verbum esse, & idem, quod Lat. *testari*, opinatur. Porro v. VEREL in Indice, & WACHTERUS in Glossario p. 590. Ceteroquin legimus cum B. *and sik*; an non vero rectius *ana sik*? Certe, spatium inter *frajetbun* & *sik*, atque scintillulæ, quæ restant; argenteæ trium quidem literarum præsentiam arguunt; at certi quid ex loco Codicis plane exeso, erui non potest: nec tamen dissimulabo, me *ana* prius legisse, quam in manus venit nupera Editio. v. Marc. 3: 16.

\*) J & ST. invito Codice, præmittunt *quath than fan*, i. e. dixit autem Dominus, quæ verba Codices Græci plurimi quoque habent: B. autem hæc exesse jubens ex BENGELIO docet, illorum *ἔπειτα δὲ ὁ κύριος* ex Lectionariis irrepsisse: cfr. porro Edit. MILLIAN. p. m. 144.

d) J. & ST. minus recte: *swigalodedum*; est enim a *sw ghan*, canere, quod vide P. Pr. Matth. 9. 23.

e) In margine Codicis exstat *bufum*, quod in textu oc-

34. fai. manna *afetja f)* jah weindrugkja. 34. Ecce homo edax & vinipotor.
35. fram barnam *seinaim g)* allainr. 35. A liberis suis omnibus.
37. quino in thizai baurg. *sei b)* was frawauhrta. *jah i)* uskunnandei thatei anakumbida *in razna this fareisaius brigandei alabalstraun k)* *baljanis:* 37. Mulier in hac urbe, quæ fuerat peccatrix, & rescuens quod accumberet in domo Pharisæi, afferens alabastrum balsami.
38. jah standandei faura 38. Et stans ad pedes e-
- fotum

- currit Matth. 11: 17. Vocem refert JUNIUS ad *baifjan*, lamentari; rectius vero KATENUS, iudice BENZELIO, ad *bufan* vel *hiufan*, quo cum convenit A-Sax. *beofian* vel *beofigan*, lugere, & Isl. *boa*, vocem clamore & cantu intendere. De *gaunon*, cui affine est A-Sax. *geonge* vel *gounge*, gemitus, v. ST. in Gloss. p. 70.
- f) Editi *afetei*, male; nam *afetja* ipsius Codicis est, v. Matth. 11: 19. in dato Specimine ad pag. 16. Part. Pr. a particula *af*, quæ in compositis quibusdam denotat excessum, & *etan* vel *itan*, edere. cfr. Spec. Gloss. Ulph. I: p. 15.
- g) J. *seinama* ST. *seinamma*: utrumque perperam.
- b) Editi *so*, perinde est: veriore tamen reddimus lectionem. v. Luc. 2: 4. Joh. 12: 17. 29.
- i) J. & ST. *jah*, quod nec Codici, neque sensui Scriptoris congruit. B. emendate.
- k) B. legit *alabalstraun*; lectio autem Codicis nostri Græco *ἀλάβαστρον* propior videtur. De vocis origine & significato prolixè agunt Lexicographi.

footum is aftaro grei-  
tandei dugann narjan l)  
footus is tagram. jab  
skufta haubidis seinis bis-  
warb. jab kukida footum  
is. jab gasalboda tham-  
ma balsana.

39. gasaiqbands than sa  
areisaius saei haibait  
ina. rodida sis ains m) qui-  
thands. ja ith wesi prau-  
fetus utkuntbeda thau  
qbo jab qbileika so qui-  
no sei tekith imma. n)  
thatei frauaurhta ist:\*)

jus pone, flens cœpit  
rigare pedes ejus la-  
crimis & capillamen-  
to capitis sui terge-  
bat, & osculabatur pe-  
des ejus, & ungebat  
balsamo:

39. Videns autem Phari-  
sæus, qui vocaverat  
eum, sibi solus ait, di-  
cens: hic si esset pro-  
pheta, sciret utique quæ  
& qualis hæc femina,  
quæ tangit eum, quod  
peccatrix sit.

40.

l) natjan, lavare, unde præterit. *ganatida*, vide infr.  
v. 44. & cfr. J. & ST. item WACHTER. in voce *nass*.  
Addo Fenn, *nestæn*, destillo, a *neste*, liquor, humor,  
apud JUSLENIUM.

m) B. legit *rodida in sis ains*, in vero abest a C. Argenteo,  
& abesse etiam poterit, quamvis Codices Græci  
suppleant ἐν ἐαυτῶ: est enim Gothismus, cujus gene-  
ris plures notavit MARESCHALLUS in Observation. pag.  
444. seq.

n) Hæc est genuina lectio, a qua BENZELIANA nil rece-  
dit, nisi, quod habet *sik attekiib*: Rationem illius,  
quam nos dedimus, lectionis videbis Part. Pr. Matth.  
9: 21. cfr. JUNIUS in Glossar. p. 332.

\*) Hos versus, quos J. & ST. vel omittunt, vel vitio-  
se exhibent, ope Codicis, suum calculum addente

40. quath du *paitrau.* o) 40. Dixit Petro: Simon.  
seimon.
41. twai *dulgiskulans* p) 41. Duo debitores erant  
welan *dulgabaitjin* q) creditori cuidam.  
lumamina.
43. *thana* r) gawenja tham- 43. Eum puto, cui plus  
mei

Rev. BENZELIO, restituimus, & accurate emendavimus.

- o) JUNIUS habet *quath du imma*. STIERNH. *quath du paitru*: neutrum tuetur Codex; Prior lectio efficta est ad tenorem Codd. Græc. *ἕτε πρὸς αὐτόν*, posterior regulis Gram. est inimica; Ulphilas vero manifeste, *paitrau*.
- p) Sic cum gemino s. J. & ST. *dulgiskulans*, quod referunt ad CambroBrit. *dylu*, debere, & *dyled* debitum, verbum sat commodum est; conferatur Gothicum *dail*, mina, Germ. *teil*, pars quanti, benum, Sveth. *del*, idem, unde porro *afdailjan*, offerre portionem, item dicitur de decima omnium possessionum, *disdailjan*, *fradailjan*, &c. Altera compositi pars descendit a *skal*, debet, Joh. 19: 7. unde nostrum *skuld*, debitum, *skyldig*, debitor, reus v. JUNIUS in v. *skula* & WACHT. in Glossar. p. 1470. Ceterum observo, debitores apud Ulphilam appellari *faibuskulans*. v. infra c. 16: 5.
- q) Editi *duliabaitjin*; rectius autem *dulgabaitjin*, a *dulga*, casu tertio, ni fallor, a recto *dulg*, debitum, cuius Genitiv. *dulgis*, quem nuperrime habuimus. & *baitjin*, etiam Dativ. a Nominat. *baitji*, quod mihi significat poscentem, postulantem, a Goth. *baitan*, jubere, spondere v. JUN. in Gloss. p. 184. & WACHT. in voce *beissen*.
- r) J. & ST. *thama*, quod, si admitteret syntaxis, foret

mei managizo fragaf. remisit.

50. gagg in gawairthi. s) 50. Abi in pace.

Cap. VIII.

Cap. VIII.

1. jah warch bi the afar 1. Et factum est dein-  
 thataei t) jah is wrato- ceptus, quod etiam ipse  
 da v) and baurgs jah bai- iret per urbes & vi-

mos

thamma, sed non est hujus loci. B. recte.

